




4571 I  
THEOLOGIA


L. M.  
30


Theod  
4571




















Cum  
adligato:  
Si Galindri  
J. J.  
Anatomie

APOLOGIA  
VALERIANI  
MAGNI

Contra  
Imposturas Jesuitarum.

*Ad majorem gloriam Dei.*

Cui accessit  
Eiusdem Epistola ad P. Ludo-  
vicum à Salice, ejusdem  
Ordinis.



APOLOGIA  
VALERIANI  
MAGNI

Contra

Imperiosas legumstatutum.

Ad maiorem gloriam Dei.

Qui secesserit

Falsorum Philosophie ad P. Iudeo-

Litterarum Sublice, clausum

Oriphile.

5

VALERIANUS  
THEOPHILO  
SALUTEM.

**I**mposturæ, quibus prægravor à Jesuitis, sunt elaboratæ, & involutæ tanto, ac tali artificio, ut exonerent culpam in alios, referantque speciem virtutis.

Valerianus, quondam laudatus à doctrina, à pietate, à rebus præclare gestis, Urbi, & Orbi notus, nunc audit apud plurimos, ut hæreticus, ut criminosus: quarum imposturarum auctores non sint Jesuitæ, sed Celsissimus Princeps Ernestus Hassiæ Landgravius; illis interea tolerantibus meas redargutiones sine rixa, sine voce; ore composito ad patientiam, ad humilitatem, ad urbanitatem, ad obsequia, si illa admitterem. Nullus enim Jesuitarum in mei insectatione prodiit in apertum: nimirum, servant majestatem nominis, non temerandam actione indecora.

A 2 Scio,

4 Apologia

Scio, Virum præcipuum, à consiliis Regi magno, in quem, cum isexcusaret apud clientem, se non conferre gratiam, quam postulabat, quia Rex non consensisset, cliens detorsit oculos acri intuitu, illo exterrito, & rogante: *Quid sic respiceret? cui ille: Regem, qui habet alium Regem, cui imputet suas culpas.* Servant, inquam, Jesuitæ, dignitatem sub umbra virtutis: subdelegant vero alios ad exercendam tyrannidem, & ex tali abdito, seu secreto prospectant jucundi laborem meum adversus subdelegatos, ridentque horum simplicitatem, & indecora obsequia. Factum sane dignum commemoratione, & detestatione, qua sit consultum meæ famæ, & fidei catholicæ.

Sed antequam eo me inferam, distinguo subdelegatos à Jesuitis. Sunt, qui, consciī fallitatis, & in justitiæ, prostitūunt propriam famam, & conscientiam, turpis lucri gratia. Sunt, qui, decepti, existimant, omnia placita Jesuitarum dirigi ad mājorem gloriam Dei. Hi nec mentiuntur,

tur, nec facile demerentur. Repono Celsissimum Principem in hanc classem: quapropter testor Deum in meam conscientiam, me sic sentire de Ernesto Landgravi Hassiae: unde si verum sit, me desçivisse in re gravissima à Doctrina Catholica, cum illum insinuerem, & Jesuitas correxisse tantum errorem, egit sancte, & prudentissime, suscepit illis in meum locum.

Si verum sit, eum ex aliis laudabilibus Ordinibus, spectabilibusque Religiosis, & catholicis Viris intellexisse corruptelam meorum morum, licuit illi vel credere, vel suspicari, Valerianum esse hominem malum.

Cum vero cerneret, me obstatre correctioni, & insultare correctori- bus, licuit sentire de me multo pejora.

Demum non potest ille Princeps, amans veri, & æqui, sincerus insuper, & candidus, culpari, quod præsumperit de doctrina Jesuitarum, & virtute spectabilium Religiosorum, plus quam de Valeriano, catenus de-

nigrato : quapropter amo Principem; venerorque devotissime , ad cuius solatium facit , quod innumeris , & que boni , & prudentes , & in principatu eminentiores , non minus irritiuntur artibus Jesuitarum.

Præmitto igitur Facti Synopsin , à me Pragæ , Anno 1655 . publicatam , in Causas , cur Illustrissimo , Celerrissimoque Principi Ernesto Landgravio Hassiae non probatur habitatio Patrum Capuccinorum in Oppido S. Goaris . En illud .

„ Scriptum hoc , cuius plurima exemplaria vulgantur in Urbe , & in Orbe , suadet Capuccinis migratio nem spontaneam ex Oppido S. Goaris intra duos menses , numeros à 15 . die Decembris , Anni 1654 . inde alioquin pellendis jure Principali , & territoriali . Ratones verò intimationis severissimæ , si bene expendantur , volunt , & mullos Capuccinorum esse solos ipsos , qui aliquid præclare edant in Ecclesia Dei : quæ rationes , si credantur veræ , sunt infames Ordini nostro .

*Valeriani Magni.*

„stro. Porro non est Dignitas ullā  
„inter mortales , cuius reverentiā  
„patiamur sic traduci. Abeant Ca-  
„puccini ex S. Goare, excedant, e-  
„rumpant, evadant : at verò veritas  
„facti innotescat viris prudentibus  
„in Orbe Christiano. Hi censeant de  
„justitia, & in justitia factorum. Mo-  
„derabor tamen enarrationem, &  
„stylum ad formam inculpatæ tu-  
„telæ.

**FACTUM.**

„ 1. Ego Valerianus, requisitus à  
„Celsissimo Principe Ernesto Land-  
„gravio Hassia, jussusque à Sacra  
„Congregatione Eminentissimorum  
„Cardinalium, præpositorum nego-  
„tiis fidei propagandæ , impendi  
„meam operam conversioni præfati  
„Principis, & Celsissimæ conjugis  
„eius, illo effectu , qui publice inno-  
„tuit.

„ 2. Hi Principes piissimi , titulo  
„gratæ memoriaræ , decreverunt mihi  
„in Arce Rheinfelæ hujus facti mo-  
„numentum semper mansurum.

*Apologia.*

„ 3. Insuper non rogati, nec à me,  
 „ nec ab ullo Patrum nostrorum, po-  
 „ stularunt familiam nostri Ordinis.  
 „ quatuor, aut quinque Personarum,  
 „ qui Arci, Oppido S. Goaris, & re-  
 „ gionibus adjacentibus ministri strarent  
 „ Verbum Dei, & Ecclesiæ Sacra-  
 „ menta.

„ 4. Concessum id fuit Principi-  
 „ bus illis à Patribus Provinciæ Rhe-  
 „ nanæ, accedente auctoritate Emi-  
 „ nentissimi Electoris Archiepiscopi  
 „ Trevirensis, nec non & summi  
 „ Pontificis in Congregatiōne de si-  
 „ de propaganda: quibus titulis ad-  
 „ missi, tenuerunt supra biennium  
 „ stationem illam expugnatam, &  
 „ expugnandam, ut sequitū, n

„ 5. Prodiit Anno 1653. libellus  
 „ anonymous. Coloniæ impressus, in  
 „ quo reprehenduntur hæretici, quod  
 „ virtio vertant universæ Ecclesiæ Ca-  
 „ tholicæ malam doctrinam, quam  
 „ novissime ex ignorantia protulit  
 „ quidam Catholicus, qui professus  
 „ sit, se non posse probare ex sacris  
 „ Literis Primatum Romani Pontifi-  
 „ cis.

6. Hu-

- „ 6. Hujus ignorantiae, & male sa-  
„ na doctrinæ Ego Valerianus fui à  
„ Viro magno denunciatus auctor  
„ apud Judicem Ecclesiasticum.
- „ 7. Illi libello anonymo, & de-  
„ nunciationi præfatae accessit stu-  
„ diosissima, & universalis traductio,  
„ velut ego cum duobus meis colle-  
„ gis Capuccinis instillaverimus piis-  
„ simis Principibus doctrinam non  
„ Catholicam, sed pravam, & prope-  
„ modum hæreticam: unde merces  
„ nostri laboris esset infamia malæ  
„ doctrinæ, & meritum conversionis  
„ deberetur correctoribus errorum  
„ nostrorum. Hæc acta suèram se-  
„ dulo, & industrie, ut etiam tum  
„ fuerit creditum, vulgatumque, Va-  
„ lerianum jacere prostratum in Ur-  
„ be, & in Orbe, impotemque ulcisci  
„ tantam injuriam. Hinc illis fiducia,  
„ & animositas multa.
- „ 8. Prostant venalia Acta Dispu-  
„ tationis Rheinfelsinæ, à me edita,  
„ ex quibus Auctor anonymous pro-  
„ tulit illud meum Dictum, quod  
„ scilicet non possid probari ex sacro

„ Textu Primatus Romani Pontifi-  
„ cis, cum tamen ille meus textus ita  
„ habeat, *Primatus Romani Pontificis*  
„ non potest probari ex **S O L O** Sacro  
„ textu.

„ 9. Anonymus ille vitio vertit &  
„ Valeriano, & hæreticis, quod de-  
„ buissent cointelligere sub Persona  
„ Petri omnes Episcopos Romanos,  
„ prout illos cointelleixerunt Augu-  
„ stinus, Leo, & alii: & tamen præ-  
„ fata Acta solidissime, & clarissime  
„ docent, ex sacro Textu debere sub  
„ Persona Petri cointelligi Successo-  
„ res ejus, qui ex Traditionibus A-  
„ postolicis, & Ecclesiasticis essent  
„ Episcopi Urbis Romæ, in cujus ve-  
„ ritatis argumentum citatur in præ-  
„ fatis Actis Definitio Concilii Flo-  
„ rentini in hæc formalia verba: Item  
„ definimus, Sanctam Apostolicam se-  
„ dem, & Romanum Pontificem in uni-  
„ versum Orbem tenere primatum, &  
„ ipsum Pontificem Romanum successo-  
„ rem esse B. Petri Principis Apostolo-  
„ rum, & verum Christi Vicarium, to-  
„ tiusque Ecclesie Caput, & omnium  
„ Christia-

Christianorum Patrem, & Doctorem  
existere, & ipsi in B. Petro (N.B.)  
pascendi, regendi, & gubernandi uni-  
versalem Ecclesiam à D. N. Iesu Chri-  
sto plenam potestatem traditam esse,  
quemadmodum etiam in gestis Oecu-  
menicorum Conciliorum, & in sacris  
Canonibus continetur.

„ 10. Hæc calumnia concitatibi-  
„ lem Viro, qui, execratus turpe  
„ mendacium, crimen falsi in citatio-  
„ ne mei textus, & fœdam ignoran-  
„ tiam, hæresimq; imputatam mihi,  
„ & collegis meis Capuccinis, edi-  
„ dit, me inscio, Animadversionem  
„ in illum Auctorem anonymum eâ  
„ severitate, quæ debebatur istius-  
„ modi Auctori, tum adhuc anony-  
„ mo.

„ 11. Auctor ille, perculsus illa re-  
„ prehensione, non pertulit dolo-  
„ rem: sed, tutus majestate sui no-  
„ minis, prodiit in apertum, visus-  
„ que est R. P. Joannes à Rosenthal  
„ Jeluita, Celsissimo Principi à Con-  
„ fessionibus.

„ 12. Vituperasse factum præfati

A 6 Patris,

„Patris, tametsi adhuc Persona late-  
 „ret, vilum est grande peccatum:  
 „quamobrem duo Capuccinorum,  
 „suspecti de editione Apologiae præ-  
 „fatæ, arrestantur, & inquiruntur:  
 „Apologia verò illa postulatur ad  
 „flamas, manu carnificis, publice,  
 „stantibusque Capuccinis, adhi-  
 „bendas.

„13. Hæc dum actitantur Colo-  
 „niæ, ego, tunc agens Ratisbonæ,  
 „communicavi Cæsari, & in Con-  
 „gregatione de fide propaganda  
 „summo Pontifici, aliisque respecti-  
 „ve minoribus, Viris tamen Princi-  
 „pibus, exemplaria meæ Epistolæ  
 „apologeticæ contra impostorem  
 „adhuc anonymum: nec tamen illi,  
 „qui vexabant illos duos Capucci-  
 „nos, vila mea epistola, à me palam  
 „sub meo nomine publicata, destite-  
 „re ab actione injuriarum contra il-  
 „los, aut ausi sunt me aggredi, ultro  
 „provocantem. Distrahebantur ut  
 „audio, convertendis hæreticis apud  
 „S. Goarem.

„14. Urgebatur causa contra ar-  
 „restatos

„restatos Capuccinos apud Provin-  
„ciam nostrum, apud Generalem  
„totius Ordinis nostri, apud Illu-  
„strissimum Nuncium Colonensem.  
„denique in Congregatione de pro-  
„pag. fide, nec non apud Senatum  
„Colonensem contra Typogra-  
„phum: sed rationibus hinc inde dis-  
„cussis, absolvuntur ab arresto, ve-  
„ritumque, vel uno verbo, eos mo-  
„lestare; Valeriano apud nullum Ju-  
„dicem de ullo crimine postulato  
„aut inquisito ab ullo Judice. Pari-  
„studio, & contentione, frustrata  
„men, efflagitata est emigratio Ca-  
„puccinorum à S. Goare.

„ 15. Nam non licet apud Catho-  
„licos Parocho deserere Parochiam  
„ad imperium Principis politici, qui  
„non habet jus Episcopale, quale  
„requiritur ad amovendum Paro-  
„chum: quapropter Capuccini ad  
„imperium Principis politici non  
„possunt citra culpam deserere Par-  
„ochiam: deserent tamen, pulsi vio-  
„lentiâ ejusdem Principis.

„ 16. Itaque nullo ror Judicium  
A 7      damnan-

,,damnante libris apologeticos Ca-  
,,puccinorum, aut eis præcipiente  
,,emigrationem ex oppido S. Goa-  
,,ris, proceditur contra eos viâ facti.

,, 17. Scilicet, Imputatur mihi,  
,,libro publicè edito, admiranda  
,,ignorantia, & temeritas, quòd fal-  
,,lo imputaverim R. Patri Rosen-  
,,thal crimen falsi, in quem finem  
,,ille ipse falsavit proprium suum  
,,textum edito commentario in su-  
,,um priorem libellum. Vide Appen-  
,,dicem.

,, 18. Duo libri Capuccinorum  
,,apologetici sub præfatis sigillo, &  
,,subscriptione nuncupantur famosi,  
,,seu infames.

,, 19. Intimatur Capuccinis jure  
,,Principali, & territoriali pulsio ex  
,,oppido S. Goaris, si aut sponte no-  
,,lint, aut à Nuncio Apostolico, aut  
,,à Sac. Congregatione Cardinalium.  
,,non jubeantur recedere.

,, 20. Vulgantur causæ severioris  
,,Decreti, ex quibus has delibo.  
,,Capuccinorum doctrina apud S.  
,,Goarem extitit contemptibilis, &  
-BRUNNAB A ridiu-

„ridicula: Coniuncta cum hypocri-  
„si superba: Ego Valerianus ex Ca-  
„puccinis primus inibi disputatio-  
„ne, & colloquiis steti pro fide Ca-  
„tholica.

„ 21. Norma annunciandi Evan-  
„gelium sine facco, sine pera, si-  
„ne calceamentis, instituta à Chri-  
„sto, & semper practicata in Eccle-  
„sia, rejicitur à prædicatione Evan-  
„gelica ad silentium, ad solitudi-  
„nem: Imò carpitur hypocrisis apud  
„hæreticos: quapropter his ejectis,  
„advocantur alii, ocreati, & num-  
„mati.

„ 22. Auctor hujus scripti, sine  
„proprio nomine tutus, confirmat  
„graviora edicto Principis, appres-  
„sione sigilli, & subscriptione ejus,  
„nullo Officialium ejus adscribente.  
„Nimirum, est decretum in re gra-  
„vissima, sine forma Decreti: omni-  
„bus sibi prospicientibus à reprehen-  
„sione, unico Principe excepto.

„ 23. Mirum denique, quàm vi-  
„lipendatur Ordo Capuccinorum,  
„ex quibus quàm plurimi, inter quos

Viri

„Viri Principes, sibi conciliarent ve-  
„nerationem potiorem ex conditio-  
„ne saeculari, quam ex Discipulatu-  
„Christi. Derideretur justi simplicitas  
„lampas contempta apud cogitationes  
„divitium.

„ O ergo Vos Viri prudentes, certiores de veritate facti, censete de justitia & injustitia ejus. Vos appellô. Scribebam Viennæ, ultimâ, Februarii, Anno 1655.

„ Facto eatenus exarato adjungo  
„ meam Epistolam apologeticam „  
„ commemoratam in num. 13. pꝫ.  
„ factæ Synopsis.

25. Augstus puer fortis,  
biopio nomine datus, comitatus  
cavariae signo Principis, spes  
tore digni, & apta conuersus,  
Ollus Opisthodorus excepit.  
Minimus, et modestus in rebus  
arbitris, hinc etiam Pocula: ouenit  
per libidinem suam in primis  
luteus nimis Princeps excepto.

**EPI-**

EPISTOLA  
VALERIANI MAGNI.

Fratri Capuccini,  
Ad R. P. BONAVENTURAM  
RUTHENUM  
ejusdem Ordinis Concionatorem,

## *De Quæstione*

Utrum primatus Romani Pontificis super universam Ecclesiam probari possit ex S O L O sacro textu:

*Odibi Ecclesiam malignantum. Ps. 25.*

**P R A E F A T I O  
A D  
L E C T O R E M.**

**T**raducor, & libro impresso, & vo-  
ce viva, velut sim auctor doctrinæ  
scandalosæ & pernicioſæ in fide ca-  
tholica: quæ calunia me coegerit edere  
præsentem Apologiam, cuius exemplar  
direxi 21. Aprilis ad Summum Pontifi-  
cem in Congregatione de fide propaganda:  
inde intelliges, amice Lector, veritatem  
facti, Vale.

Rev.

,, Rev. P. in Christo plur. observ.

,,

,, **O** Crava die mensis Martij, red-  
,, dita est mihi Epistola tua da-  
,, ta Coloniae 2. ejusdem men-  
,, sis, unà cum libello Anonymo, de  
,, quo pridem mihi scripseras: nec  
,, dubito, quin tua prudentia, & tot  
,, meorum confratrum Charitas  
,, præstolentur avidius, quo animi  
,, mei sensu legerim, quæ à tali Au-  
,, ctore in me videntur dicta. Expo-  
,, no non gravatè, & fortassis con-  
,, ceptam à vobis indignationem con-  
,, vertam in risum, & gaudium. An-  
,, ni sunt plures, quando interfui  
,, concioni super Evang. Matth. c. 15.  
,, quod legitur fer. 4. Dom. 3. in  
,, Quadr. cujus initium est; [Accesso-  
,, runt ad Iesum ab Ierosolymis Scribæ, &  
,, Pharisei, dicentes, Quare discipuli tui  
,, transgredientur traditionem Senio-  
,, rum? non enim lavant manus suas,  
,, cum panem manducant.] Concio-  
,, nator ergò præfatus est in hunc  
,, modum.  
,, Intumuerat aliquando mons, ve-  
,, lut

„lur prægnans, cunctis expectanti-  
„bus, quid monstri esset productu-  
„rus: qui demum parturiit murem  
„ridiculum: unde proverbium illud:  
„Parturiunt montes, nascetur ridi-  
„culus mus. Fama & gloria Jesu à  
„Nazareth compleverat universam  
„Judæam, & provincias circumja-  
„centes, quâ cruciabantur, & tor-  
„quebantur Scribæ, & Pharisæi:  
„qui satagentes obscurare illam, ac-  
„curatissimè quærebant nodum in  
„scirpo, seu peccatum in Filio Dei  
„innocentissimo. Post multam ve-  
„rò, acremque inquisitionem, exi-  
„stimantes, se invenisse culpam,  
„quâ exprobratâ coram populo, vi-  
„lesceret Persona Salvatoris, ador-  
„narunt legationem solemnem Scri-  
„barum, & Pharisæorum, qui tan-  
„to viro objicerent coram populis  
„grande aliquod, ut præ se ferebant,  
„peccatum. Secesserat Jesus ab Ur-  
„be Jerosolyma, veneratque in  
„territorium Genesar, gratu:, & admi-  
„randus illis populis: nam [ Cùm  
„cognovissent eum, (Matth. 14.) vi-

„ri loci illius , miserunt in universam  
„regionem illam , & obtulerunt ei omnes  
„male habentes , & rogabant , ut vel  
„fimbriam vestimenti ejus tangerent , &  
„quicunque tetigerunt , salvi facti sunt ]  
„Percrebuerat fortassis apud popu-  
„los illos recentissima fama , quod  
„Jesus à Nazareth postularetur mul-  
„torum criminum à Principibus  
„Sacerdotum : adventantibus vero  
„eorundem legatis , Scribis scilicet ,  
„& Pharisæis , rumor de imputatis  
„criminibus erat varius , & incon-  
„stans : nemo tamen fuerat , qui  
„non crederet , culpam , Salvatori  
„falso exprobrandam , esse gravissi-  
„mam . Quapropter Legatis illis  
„mox exposituris , quæ habebant in-  
„mandatis , conticuere omnes , in-  
„tentique ora tenebant . Fantur er-  
„go in hunc modum : [ Quare disci-  
„puli tui transgrediuntur traditionem  
„Seniorum ? non enim lavant manus  
„suas , cum panem manducant . ] Ri-  
„ferunt haud dubium cuncti elato-  
„cachinno , simulque enituit in-  
„nocentia Christi serenissima , &  
„pura ,

,, pura, quam tantum odium, tanta  
,, invidia, summaque potestas Sy-  
,, nagogæ non potuit carpere ullâ,  
,, vel minimâ ejus culpâ, reum dun-  
,, taxat illum faciendo, quod disci-  
,, puli ejus non lavant manus suas,  
,, cùm panem manducant. Sic con-  
,, cionabatur ille.

,, Hæc contigere Salvatori nostro,  
,, à quo præmonemur, discipulum  
,, non esse supra magistrum, quem si  
,, olores, & invidi sunt persecuti,  
,, fore, ut & discipuli ejus similes  
,, sint passuri persecutio[n]es. Anno  
,, proximè præteritō rigavi novellas  
,, plantas in fide Catholica, Deo dan-  
,, te incrementum: unde nonnullus  
,, rumor citcum Rhenum concilia-  
,, bat mihi & gratiam apud Patro-  
,, nos, & aliquid benevolentia[re] apud  
,, reliquos: apud nonnullos verò in-  
,, vidiam, & odium: cuius exulce-  
,, rati animi fama vulgatior erat exi-  
,, guo illo favore, qui mihi tribue-  
,, batur. Invidia, & odium, ubi fixe-  
,, re radicem in animum, evadunt in  
,, monstra teterima, quæ præcipi-  
-374-  
tant

„ tantosores, & invidos ad dicta il-  
„ la, & facta, quæ sunt deformia  
„ valde. Hæc notissima sunt, & mi-  
„ hi satis comperta, nec tamen sic  
„ indolui, ut vel minimum doloris  
„ mei extaret vestigium. Deum in-  
„ voco testem in animam meam,  
„ quod egerim illi gratias, quod sue-  
„ rim dignus habitus contumeliam  
„ pati, eumque oravi supplex pro  
„ meis osoribus, & invidis.  
„ Verum ut primùm vidi, ac con-  
„ sideravi totam indolem Opellæ,  
„ quam ad me transmisit tua Rev.  
„ risi satis effusè, & corrisere mihi  
„ alii plures: neque duntaxat risi, sed  
„ perfusus sum gaudio cum eximio  
„ animi mei solatio. Sed non expo-  
„ no tuæ Charitati motiva risus, &  
„ gaudii, nisi prius subjiciam textum  
„ Anonymi, quem in me direxit. Ti-  
„ tulus opellæ, germanico idiomate  
„ exaratae, latine redditus, est hic:

Bre-

Breves considerationes de ædificatione stabili supra petram & non super arenam.

**C**onsideratio undecima pag. 15.  
ita habet. [Quando aliquis catholicus auctor, in modo rationandi ex ignorantia, vel inconsiderantia, aut ex alio defectu, aliquid scribit, quod aliter scribendum fuerat, id (Hæretici) sic præcisè accipiunt, quasi id non proveniret ab aliquo particulari homine, sed universaliter à Catholicis. Hac ratione non debuisset excitari tantus rumor ex eo, quod aliquis existimavit, non posse ex divinis libris probari primatum Romani Pontificis; multò magis pensandum erat, quid sancti Patres Hieron. Augustin. Leo, & alii ex iudem sacris libris olim argumentati sunt. Et quomodo iudem in verbis Christi ad Petrum semper intellexerunt Ecclesiam universalem, tametsi in illis verbis non expresse suo nomine, vel alius circumstantius fuerit nominatus hic, aut ille successor D. Petri: nam hoc modo non invenio

testis expressum, tamen scio ego ex sacris libris, quod te debeam, velut meum proximum amare.] Extrema periodus Considerationis duodecimæ est hec: [Nos volumus non insolentia superba disputatione, sed cum humilitate suspirare, & Dei misericordiam implorare, ut congreget, quod dispersum est.]

Circumstantiae poterò hujus operae sunt multæ, sunt & graves, quarum duas duntaxat expendo.

Prima. Ego Valerianus sum unus ex omnibus, qui in actione mea secundâ Rheinfelsina dixi, non posse ex solis sacris libris probari, Pontificem Romanum, definitem ex cathedra, habere assidentiam Spiritus sancti infallibilem. Itaque Anonymus Valerianum corrigit, carpit, & sugillat in textibus aliquatis. Id confirmatur ex 2. Circumstantia, quod scilicet non editur rationem suam, neque adiudicat facultatem impressionis, veritus haud dubium censuram Ordinarii, & infamiam procurat in fama;

„ famiæ contra insontem , & benè  
„ meritum de doctrina Catholica.  
„ Quis vero ille ? ignorem : sat est ,  
„ constare de corpore delicti.  
„ Risi ergo , lectis textibus allega-  
„ tis : existimabam , virum pruden-  
„ tiorem in generatione sua non cul-  
„ paturum Valerianum , libro edito  
„ in proscenio Ecclesiæ , nisi de errore,  
„ & gravi , & vero , aut vero simili.  
„ At error nullus est ; & is , quem  
„ affingit , falsus est : est & evidentis-  
„ simè mendax. Quis igitur non  
„ rideat animum , odio , & invidiâ  
„ eosque percitum , ut cum tanta  
„ sui infamia quærat Valeriano infa-  
„ miari ex errore nullo , ex doctri-  
„ na sana , ex mendaci umbra erro-  
„ ris ?

„ NB. Non tamen derideo , seu  
„ contemno alias , cum Anonymo  
„ conspirantes , & fermentantes ubi-  
„ que locorum , & personas cujus-  
„ cunque conditionis eâdem calum-  
„ niâ : quapropter operæ pretium  
„ duxi , exponere veritatem facti  
„ paulò luculentius , quam exposuiſ-

„sem, si solus Anonymus mihi detra-  
 „heret famam sanæ doctrinæ. Im-  
 „pressi Coloniæ anno præterito Acta  
 „Disputationis Rheinfelsinæ , quæ  
 „inter alia habet Actionem 2. Ca-  
 „puccinorum, ex qua Anonymus col-  
 „ligit, me in ea dixisse , non posse ex  
 „sacris libris probari primatum Ro-  
 „mani Pontificis : quod dictum one-  
 „rat illâ censurâ , quam supra dixi.  
 „Porrò meus textus ita habet [Hanc  
 „inguam thesin ( subaudi ; primatum  
 „Romani Pontificis ) non quimus in-  
 ferre ex solo textu , siquidem in Bibliis  
 nulla sit mentio Pontificis Romani.] Ano-  
 nymus accusat, quòd dixerim,

*Primatus Romani Pontificis non potest  
probari ex textu sacro:*

*Meus verò textus habet sic :*

*Primatus Rom. Pontific. non potest  
probari ex SOLQ textu sacro.*

„Mentitur ergo Anonymus: men-  
 „daciūm porrò , quod patet ad ocu-  
 „lum , quale est supradictum , est im-  
 pudens: cuius adeò puduit eum , qui  
 men-

„mentitur , ut proprium nomen ,  
„contra leges Ecclesiasticas , suppres-  
„serit , pertimueritque censuram .  
„Ordinarii. Neque duntaxat men-  
„titur crimen , sed mentitur quoque  
„S. Hieronymum , Epist. 57. 58. 67.  
„S. Augustinum lib. contra Epist.  
„fund. c. 4. S. Leonem serm. 3. de  
„sua assumpt. S. Prosperum de voc.  
„gen. cap. 6. a. 1. asserere, primatum  
„Romani Pontificis posse probari ex  
„solo sacro textu. Ego vero pronun-  
„cio stolidum , & falsum , quicun-  
„que id dicit , aut dixit. Imo existimo ,  
„nullum mortalium unquam id di-  
„xisse ante Anonymum: tantæ molis  
„erat denigrare Valerianum , ut id fie-  
„ri debuerit impudentissimis mem-  
„daciis.

„Quoniam vero Anonymus me  
„reprehendit , ut consulat saluti eo-  
„rum , quos putat , meo dicto fuisse  
„scandalizatos , cur non excusavit  
„illud meum dictum illo argumen-  
„to , quo immediatè post textum  
„meum supra allegatum , demon-  
„stravi Romani Pontif. primatum ?

, Verùm non consulebat scandalizati,  
, sed præfatis mendaciis, suā mali-  
tiā, subornavit scandala, velut meā  
culpā subcreverint. Pono meum ar-  
gumentum ab Anonymo malitio-  
sissimè præteritum.

Romanus Pontifex est successor D.  
Petri Principis Apostolorum : Tenet  
primatum in universum Orbem : Est  
verus Christi Vicarius : Est Caput totius  
Ecclesiæ : Est omnium Christianorum Pater, & Doctor : Cui à D.  
N. IESU Christo in R. Petro tra-  
dita est plena potestas pascendi, regen-  
di, & gubernandi universam Eccle-  
siam :

Is verò, qui est successor D. Pe-  
tri Principis Apostolorum ac te-  
net primatum in universum Or-  
bem : estque verus Christi Vicarius,  
& Caput totius Ecclesiæ, omnium-  
que Christianorum Pater, & Do-  
ctor ; Cui à D. N. Iesu Christo in  
R. Petro tradita est plena potestas pa-  
scendi, regendi, & gubernandi univer-  
sam Ecclesiam, necessariò habet au-  
toritatem infallibilem in proponenda,  
& de-

¶ declaranda universæ Ecclesiæ , ex cathedra , doctrina fidei Christianæ , & jurisdictionem segregandi à cœtu fidelium eos omnes , qui contumaciter eam pernegerant :

Ergo Romanus Pontifex habet auctoritatem infallibilem in proponenda , ¶ declaranda universæ Ecclesiæ , ex cathedra , doctrina fidei Christianæ , & jurisdictionem segregandi à cœtu fidelium eos omnes , qui contumaciter eam pernegerant .

„ Quid sibi vult in præfato argu-  
„ mento hæc periodus , [ Cui à D.  
N. Iesu Christo in B. Petro tradita est  
plena potestas pascendi , regendi & guber-  
nandi universam Ecclesiam ? ] Heu  
„ animum eversum odio , & invidiâ  
„ nec dum intelligis , primatum Ro-  
„ mani Pontificis , uno & eodem ar-  
„ gumento , demonstrari ex defini-  
„ tione Concilii Florentini simul &  
„ ex sacro textu .

„ Huic argumento accedit aliud ,  
„ exaratum in iisdem Actis disputa-  
„ tionis Rheinfelinæ , quod Ano-  
„ nymus debuerat adducere , si non

, fictè , sed ex corde consulere vole-  
, bat scandalizatis : sic enim argu-  
, mentor.

Innocentius Papa X. succedit Petro ,  
supra quem fundata est Ecclesia, con-  
tra quam non prævalebunt portæ in-  
feri :

Is , qui talis est , habet infallibilem  
jurisdictionem, scilicet , in decretis fidei ,  
super universam Ecclesiam :

Ergo Innocentius Papa X. habet in-  
fallibilem jurisdictionem, in decretis si-  
dei , super universam Ecclesiam .

Mihi porrò hæc perpendenti ,  
videtur hunc Anonymum , & si qui  
sunt alii ejusdem farinæ , tantum  
præsumere de reliquorum homi-  
num simplicitate , & animi facilita-  
te , quantum ego præsumpsi de eo-  
rundem prudentia , & mentis acu-  
mine : nimirum credidi certo cer-  
tius , neminem Acatholicorum , ne-  
dum Catholicorum fore , qui mihi  
verteret ignorantiae , quod dixerim ,  
primatum Romani Pontificis non  
posse demonstrari ex solis sacris li-  
bris , siquidem in illis nulla fiat men-  
tio

„ tio Pontificis Romani. Ille vero  
„ speravit conciliare mihi infamiam  
„ praefatis mendaciis patulis ad oculum,  
„ velut reliqui hominum, haec  
„ audituri, & lecturi, essent demen-  
„ tati. Quapropter si qui sunt ejusmo-  
„ di, hos volo sublevare, exponendo  
„ illa, unde inferri possit primatus  
„ summi Pontificis: sunt autem  
„ haec.

*Christus concessit D. Petro primatum super universam Ecclesiam:*

„ Haec propositio potest probari ex  
„ solo sacro textu, scilicet, hoc præci-  
„ pue; *Pasce oves meas.*

*Christus voluit, primatum D. Petro concessum, transire ad Episcopos Petri suc-cessores*

„ Haec propositio potest probari ex  
„ solo sacro textu, illo præcipue;

*Super hanc petram adificabo Ecclesiam meam.*

*D. Petrus sedet Episcopus Antiochiae;*

*D. Petrus suffecit Antiochiae in suum locum alium Episcopum;*

*D. Petrus sedet Episcopus Urbis Romæ;*

*D. Petrus sed sit Episcopus Urbis Romæ.*

*D. Petrus obiit Episcopus urbis Romæ.*

„ Hæ quatuor propositiones nullo  
„ modo possunt probari ex sacro tex-  
„ tu, probantur tamen ex traditione  
„ Apostolica & Ecclesiastica.

*Innocent. X. est Episcopus Urbis Ro-  
mæ:*

„ Hæc probatur notorietate facti,  
„ & authoritate Cardinalium, à qui-  
„ bus fuit electus. Hinc clarissimè  
„ constat, primatum Romani Ponti-  
„ ficiis non posse probari ex solo sacro  
„ textu, neque ex sola traditione Ec-  
„ clesiastica, sed sacro textui accedere  
„ debet traditio Apostolica, & Eccle-  
„ siastica. Est porrò hæresis pernicio-  
„ sissima, excludere traditionem Apo-  
„ stolicas, & urgere solum sacram  
„ textum in dirimendis quæstionibus  
„ de doctrina fidei.

„ Hæc dixerim, mi Pater, ut me-  
„ cum, & aliis confratribus nostris  
„ gaudeatis de puritate meæ doctri-  
„ næ, quam culpare nequiverint tales  
„ osores, & invidi, nisi confictis men-  
„ diciis ad stuporem impudentibus.

Risi

„Risi porro in exordio hujus Epistolæ,  
„quod homo iste , prægnans ingen-  
„tium querelarum contra Valeria-  
„num , ediderit murem ridiculum ,  
„si tamen mendacia illa muribus  
„comparanda.

„Verum dum hanc Epistolam fi-  
„nio , risum illum converto in lu-  
„ctum : vereor enim Anonymum.  
„istum esse unum de Ecclesia mali-  
„gnantium , qui aliena laude ita vul-  
„nerantur , ut nequeant sanari alio  
„emplastro , quām publicā infamiā  
„laudati , ut non glorietur omnis ca-  
„ro in conspectu illorum ; qui alieno  
„merito ita offenduntur , ut culpa  
„hæc nullo piaculorum genere possit  
„expiari , quām exitiali ruina bene-  
„merentis , ut nulli quicquam debea-  
„tur , quām illis : super hoc plan-  
„gam , & ululabo , faciam planctum ,  
„velut draconum , & luctum , velut  
„struthionum , quia desperata est  
„plaga eorum . Neque tamen mul-  
„tum commoveor , quod Anony-  
„mus iste indulserit stomacho , cor-  
„rupto invidiā , & odio : hæc plā-

„ga non est desperata. At pœnitentia  
„de tanto peccato desperanda vide-  
„tur , si is credat , se obsequium præ-  
„stare Deo , dum mendaciis impu-  
„dentissimis conatur , innocentia non  
„solum detrahere favorem , & bene-  
„volentiam , sed & eidem coacervare  
„odium , & infamiam coram Orbe  
„universo. Me puderet esse Christia-  
„num , si hoc facinus non involvit  
„culpam mortalem coram Deo , &  
„ejus Ecclesia. Hæreticum pronun-  
„cio eum , qui contumaciter secus  
„sentit , quive negat , calumniatorem  
„illum obligari ex debito justitiæ ad  
„restitutionem famæ. His ovent do-  
„ctrinam malam , hæreticam , & pro-  
„ximam atheismo , & superbia eo-  
„rum ascendit semper : traditi à Deo  
„in reprobum sensum , ut hisce con-  
„tumeliis dehonestent propriam di-  
„gnitatem. Convertat hunc homi-  
„nem Deus , pro cujus salute tu mi-  
„charissime Pater mecum deprecare  
„Salvatorem nostrum , à quo tuæ di-  
„lectioni ptecor felicitatem. Dabam  
„Ratisbonæ 18. Aprilis 1653.

Con-

**C**ontra hanc Epistolam nemo Jesuitarum exiliit: nimisrum, deincebat in pugna subjacere mendacio inexcusabili: sperabam tamen, aliquid residui pudoris inhibitum calumnias, & mendacia ulteriora. Quin imo non desperabam restitucionem famæ ex hac periodo præfatæ Epistolæ.

*Me puderet esse Christianum, si hoc facinus non involvit culpam mortalem coram Deo, & ejus Ecclesia: Hæreticum pronuncio eum, qui contumaciter secus sentiat.*

Sed nil minus: immo accessere novæ calumniæ, nullo Jesitarum comparente, aliis subdelegatis ad id muneris.

Subdelegatur Vir catholicus, qui, personatus sub nomine Jocosi Severi Medii, tutius, & impudentius invehitur in Disputationem Valeriani, habitam cum D. Petro Haberkornio. Præfatur hoc Epigrammate:

*Quod legis hic, Lector, fors nunquam contigit, Orbi*

*Romani fraudes Styx regit atra Pape.*

B 6

*Quod*

*Quod legis hic, Lector, probat Experiens.  
tia Mundo,*

*Pontificisque cohors pectore firmat  
idem.*

*Ergo lege, atq; vide, quas fraudes evomant  
Orcus.*

*Conseruet nobis dogmata sana Deus.  
Et sacro Imperio tueatur munera Pacis,  
imperiumq; suo fulciat auxilio.*

*Cæsar is atque Domum firmet, quo robore  
forti.*

*Cælitus emisso terreat usq; Thracem.*

*Cave scandalizeris, Theophile: jo-  
catur Jocosus, non enim est Lutheran-  
us: est tamen Severus in Valeria-  
num, mediusque inter ipsum, & Ha-  
berkornium ad correctionem hære-  
sis Valerianeæ: his enim titulis Je-  
suitæ excusarunt in Urbe factum hoc  
insolens. Confutavi Auctorem infa-  
mem: ex qua confutatione delibo ali-  
qua huc spectantia.*

*Pagina 7. in ipso exordio mei  
Commentarii me explico in hanc  
sententiam:*

*„ Traducor enim longe lateque  
„ cum amaritudine, & pruritu sua-  
dendi,*

„ dendi , doctrinam meam , quam im-  
„ pendi in procuranda conversione  
„ hæreticorum , esse pravam , damna-  
„ tam , aut mox damnandam : libros  
„ à me editos esse perniciosos : taceo  
„ alia his homologa . Mihi vero ex-  
„ optanti senectam tranquillam , &  
„ deducere canitiem meam pacifice  
„ ad Superos , nil potest accidere mo-  
„ lestius defensione mæ⁹ doctrinæ  
„ adversus afflictos errores in fide.  
„ Quod enim ex omnibus aculeis est  
„ aliud , quod me pugnat ? fama læ-  
„ sa ? sit salva quoad doctrinam sa-  
„ nam : reliquam infamiam tolerabo  
„ cum beatitudine Evangelica . Gra-  
„ tia apud homines ? Contemno il-  
„ lam , quæ est pendula à judicantibus  
„ non audita parte altera . Tempo-  
„ ralia : Vivo ex prædio paupertatis  
„ inconsumptibili , nihilque habens  
„ possideo omnia . Imò nec deest fa-  
„ ma bona , nec gratia apud viros cla-  
„ rissimos . At vero non patiar ma-  
„ culam doctrinæ non sanæ . Nec ta-  
„ men , occupatus contemplationibus  
„ jucundissimis , amo distractionem

,, ad redarguendos , qui per insidias  
,, detrahunt meæ doctrinæ: si , in-  
,, quam , hæc moliantur per insidias,  
,, scilicet, ad aures privatas; ad fæmi-  
,, narum credulitatem ; ad indocto-  
,, rum simplicitatem ; ad malevolo-  
,, rum stomachum. Evidem scio ,  
,, Valerianum his artibus male audi-  
,, re etiam apud plerosque sui aman-  
,, tes. Hos vero non consolabor apo-  
,, logia sufficienti: Utique. Qua? En-  
,, illam : Illam , inquam , meam Epi-  
,, stolam, de qua supra, &c in calce hu-  
,, jus Opusculi appositam. Eos vero  
,, omnes quos deprehendo irretitos  
,, mendaciis illis , remitto ad illam  
,, epistolam : adeius contactum ne-  
,, dum ad lectionem , mox disinvol-  
,, vuntur imposturis, quibus implica-  
,, bantur.

,, Hos vero , quos curare nequit E-  
,, pistola illa , commendando Deo. Do-  
,, mini Domini sunt exitus mortis. Qua-  
,, propter tenore præsentium contra  
,, sæpefatas traductiones provoco ad  
,, Epistolam illam , utpote quæ bre-  
,, viter, clare, candide, & accurate de-  
,, tegat

„ tegat diffamantium fines, passiones  
„ implexas, symptomata, mendacia ,  
„ & cætera hoc spectantia, idque tam  
„ justificatè ut nemo mortalium fue-  
„ rit ausus illi quicquam opponere :  
„ nec puto, ullum ausurum. Sin vero  
„ sint, qui Christianè invadant neam  
„ doctrinam , quid facturus es Vale-  
„ riane ? paucis.

„ Cum primis ajo , neminem mor-  
„ talium à me postulasse unquam ra-  
„ tionem meæ doctrinæ , per modum  
„ Judicii , aut correctionis Evangelii-  
„ cæ : Non Guardianus , non Provin-  
„ cialis , non Generalis nostri Ordi-  
„ nis : non Episcopus : non Papa:non  
„ alius ullus.

„ Secundo : si ullus mortalium, au-  
„ toritate Judicis Ecclesiastici , vel  
„ argumento, me reddiderit consciūm  
„ ullius mei erroris circa fidem , pro-  
„ mitto in facie Ecclesiae , me , edito  
„ publice libro , retractaturum erro-  
„ rem meum.

„ Tertio : Promitto insuper , me  
„ eodem libro , in tali casu edendo ,  
„ propalaturum Orbi , virum illum ,  
„ qui

„ qui mihi illuxerit doctrina, quam  
„ ignorabam, adjuncta laude debita,  
„ & gratiarum actione devotissima.

„ Quarto : Eos vero , qui nec se-  
„ cundum normam Judicii , neque  
„ per modum correctionis fratrnæ ,  
„ scilicet, non Christianæ , querunt  
„ lumen mihi erranti , sed infamiam,  
„ traductione composita , existimo  
„ homines non bonos: qui si putent,  
„ his traductionibus se præstare ob-  
„ sequium Deo , ajo , hos, ut pronun-  
„ ciavi in saepata Epistola , fovere  
„ doctrinam malam, hæreticam, pro-  
„ ximamque Atheismo.

„ Quoniam vero , tametsi queam  
„ tueri veritatem adversus errores, &  
„ mendacia , tamen nequeo munire  
„ justitiam aduersus Potentiam; pro-  
„ testor coram Deo , & hominibus ,  
„ me esse , & fore immunem sive à  
„ culpa , sive à nota desidiæ , si quan-  
„ do non præstitero illa, quæ vir gna-  
„ vus in defensione suæ famæ & do-  
„ ctrinæ solet præstare. Sunt, qui sub-  
„ specie pietatis intrant : mox vero ,  
„ occupata Tyrannide, inferunt vim,  
„ &

,, & gloriantur in malitia, qui poten-  
,, tes sunt in iniquitate. Vim vi repel-  
,, lere licet sine Auctoritate ; sed vi-  
,, ribus deficientibus, invoco Aucto-  
,, ritatem, quæ sit innocentiae præsi-  
,, dium.

Quid tibi videtur, Theophile? plu-  
rima sunt, quæ stupefacent Virum,  
quantumvis pium, & eruditum. Ta-  
lia à Talibus?

His adjungo ex eodem meo Com-  
mentario hanc Quæstionem, à me  
motam, & definitam:

*Unde hū mendacis tantus progressus.*

**H**Æc dixerim, Pater Rev. ad  
objectiones, quas Jocosus ex-  
aggerat ex persona Catholicorum,  
non per jocum, sed vere & realiter.  
Libet porro scrutari, quot, qui-  
busve pedibus mendacia hæc per-  
vadant ubique locorum, cum alio-  
quin dicantur habere pedes curtos.  
Paucis. Gradiuntur pedibus duo-  
bus: Quadrupedia enim non men-  
tiuntur. Quibus? Ignorantia cre-  
dulonum, & interventione Caco-  
dæmonis.

, dæmonis. His duobus pedibus,  
,, mendacia , non quævis , sed hæc ,  
,, ambulant. Mira , inquis , audio ,  
,, & sciscitaris de progressu menda-  
,, ciorum , verusne sit ? Opportune ,  
,, dum hæc scribo , accipio litteras ,  
,, quæ solæ faciant fidem. Repetii  
,, per amicum à quopiam Bibliopola  
,, ad Rhenum exemplaria si quæ su-  
,, peressent , de Regula credendi , de  
,, Luce mentium , & de prima parte  
,, meæ Philosophiæ. Is respondit in  
,, hæc formalia. Sciat igitur P. Vestra ,  
,, quod Bibliopola respondeat , se quidem  
,, omnes à P. V. A. Rev. specificatos li-  
,, bros recepisse , adeoque ad dispositionem  
,, suam eosdem affervare , de quibus , prout  
,, libuerit , disponere possit : non habere se  
,, spem , eosdem aut vendendi , aut distra-  
,, bendi , eò quod N. N. Coloniæ , & alibi ,  
,, opera illa omnibus ita invisa & odiosa ,  
,, vel suspecta reddiderint , quod nemo am-  
,, plius ad eadem afficiatur : qui & apud  
,, suos secreto spargere non erubescunt ,  
,, P. V. A. Rev. doctrinam nuperam Pri-  
,, matus Romani ex scriptura &c. non se-  
,, cus ac illam Tansenii , è cathedra , pro  
,, bâre-

, hæretica à Papa declarandam. Heu!  
, quid non audent perversi hi, & malitio-  
, si homines! Nulla porro dies sine linea: seu  
, nullus Tabellarius sine ejusmodi E,  
, pistolis. Excurrunt ergo, teste hac  
, Epistola, hæc mendacia Germaniam  
, totam Hollandi enim sunt finitimi  
, Coloniensibus, Hungari Moravis,  
, & Austriacis, unde hæc scribo. Imo  
, excurrunt ab actis Disputationis  
, Rheinfelinæ ad mea Opera de Re-  
, gula credendi, de Luce mentium, de  
, Philosophia: non gradiuntur mo-  
, do: saltant: volant. Noto insuper  
, in his litteris non nominari eos, qui  
, me traducunt, sed intelligi sub du-  
, placi N.N. Nimirum sunt terrori:  
, sunt per se noti; velut in Orbe non  
, sic alia ejusmodi Tyrannis, ita ut o-  
, pus non sit nomine proprio.

Gradiuntur ergo hæc mendacia  
& pervadunt Orbem Ignorantia  
, credulorum, & interventione Ca-  
, codæmonis. Non enim omnis  
, ignorancia datur culpæ. Ignoro ar-  
tem

„ tem militarem sine ulla labe meæ  
„ conditionis. Alius est immunis à  
„ culpa, si Theologiam ignoret: nec  
„ tamen Viro non Theologo suaseris,  
„ Valerianum peccare in Theologi-  
„ cis, ipso , aut ejus textu non consul-  
„ tis. Viro inquam ; securus, si non sit  
„ Vir, sed homo quidam , & credu-  
„ lus. Hi ergo secernuntur à Viris;  
„ & seponuntur, credituri omnia in-  
„ consulte, & imprudenter , quorum  
„ ignoriam sagaces illi aestimatores  
„ variæ indolis filiorum hominum,  
„ taciti inter se rident false , & jucun-  
„ de. Num ex Viris Principibus , quo-  
„ rum interest animadvertere in do-  
„ctrinam male sanam quæ vel levissi-  
„ me gliscat ex cerebro cuiusvis mor-  
„ talium , postulavit Valerianum aut  
„ reum , aut suspectum aut fraterne  
„ monendum de ulla parte doctrinæ  
„ minus sanæ? Sed Turba hæc Credu-  
„ lonum sunt facillimæ impressionis.  
„ His vero mendacia illa eructant in-  
„ alios , & hoc modo deinceps pro-  
„ pagantur : neque Cacodæmone ,  
„ velut altero pede , opus eslet diffa-  
mationi

„mationi ordinariæ. Mei traductio  
„superat ingenium humanum, imo  
„& malitiam: Fortassis datur exerci-  
„tio patientiæ, longanimitatis, & de-  
„spicientiæ vanitatis vanitatum. Nec  
„tamen putas, me hinc duntaxat pe-  
„tere argumentum de interventione  
„mali spiritus; sunt & alia plura, qui-  
„bus ad id credendum persuadeor,  
„quæ brevitatis studio prætereo: Iuf.  
„ficiat dicere, Cacodæmonem pa-  
„trem esse Mendaciorum, turbarum  
„concitorem, osorem Christianæ  
„charitatis, tabescentem odio & in-  
„vidia. A tali Cacodæmone libera  
„nos Domine: Scribebam Brunæ  
„Anno Domini 1653. Die 10. No-  
„vembris.

PUtasne, Theophile, candorem  
meum Orbi propalatum, de ad-  
mittenda cum gratiarum actione cor-  
rectione meæ doctrinæ, si ea exorbi-  
tet à regula fidei, meruisse apud Jesui-  
tas Christianam correctionem? Mi-  
nime. Congeminantur publicè voces,  
Valerianum in Urbe esse convictum  
do.

doctrinæ hæreticalis, & ideo amotum  
à Disputatione contra hæreticos: prohibitum insuper edere sua scripta: &, velut fama hærefoes non me conspurceret ad votum calumniantium, aggrediuntur Epistola , ad me scripta à Principe , exprobrare mihi impunitatem morum , subdelegatis ad hanc calumniam Viris spectabilibus, Religiosis, & doctissimis: ut , publicatis exemplaribus hujus Epistolæ , veherentior esset præsumptio contra Valerianum, si taceret : tacitus autem putabatur, prohibitus, typo quidquam vulgare. Edidi tum secundo meum Commentarium in Jocosum, cum Appendice , cuius majorem partem subjungo.

APPEN-

APPENDIX  
 AD  
 COMMENTARIUM  
 VALERIANI MAGNI  
 FRATRIS CAPUCCINI,  
 in librum infamem  
 M. Jocosi Severi Medii,  
 cui accedit  
 APPENDICULA.

VALERIANUS

LECTORI.

„ **A**nno præterito , hoc ipso  
 „ mense Februario , sub cuius  
 „ finem scribo , destinaveram  
 „ typo hanc Appendicem : sed occur-  
 „ rebant causæ , ob quas meam fa-  
 „ mam litarem alterius honori . Nunc  
 „ vero vulgatur scriptum sub hoc ti-  
 „ tulo ;  
 „ *Causæ , cur Celsiss. Principi Ernesto*  
 „ *Landgravio Hassie non probatur ha-*  
*bitatio*

,,bitatio PP. Capuccinorum in Oppido S.  
,,Goaris.

,, Id verò urget editionem Appen-  
,, dicis, & additionem Appendiculæ :  
,, illam præmitto qualem conscripse-  
,, ram ante annum : hanc subjungo :  
,, quibus , amice Lector , si addideris  
,, lectionem mei Commentarii in M.  
,, Jocosum, cognosces satis clare, ve-  
,, lut ex ungue Indolem obscuram,in-  
,, tegro saeculo conspicuam.

## APPENDIX.

,, **D**Um meus Commentarius in  
,, librum infamem M. Jocosi Se-  
,, veri Medii Viennæ, subjicitur præ-  
,, lo , Ego redux ex Moravia Ratis-  
,, bonam, hic deprehendo multo evi-  
,, dentius , esse plerisque fixum , &  
,, immotum , dehonestare, imò insi-  
,, mulare errorum in fide Disputatio-  
,, nem publicam , inchoatam à me, &  
,, collegis meis Capuccinis cum DD:  
,, Haberkornio , Calixto , & Crocio :  
,, cuius traductionis vidi, nendum au-  
divi

„divi, argumenta perniciosa, mihi  
„pridem ignota. Recurrit porro pro-  
„verbium, quo magis tritum, eò evi-  
„dentius ex frequenti experimento  
„approbatum, scilicet,  
„Omnia si perdas, famam servare  
„memento.

„Nec puto, ullam conditionem  
„hominum persentiscere ex fama  
„laesa plus detrimenti, quam nos Ca-  
„puccinos, quippe quibus nemo ho-  
„minum sit pauperior ex instituto,  
„& magis exitus ornamenti, quæ  
„conciliant reverentiam viris non  
„adeò probis, imò notorie malis. Si  
„sal infatuatum fuerit, ad nihilum va-  
„let ultra, nisi ut mittatur foras, &  
„conculcetur ab hominibus. Talis est  
„sors, & indeoles Capuccinorum,  
„quorum indemnitatí existimo de-  
„bere consuli, non solum manifesta-  
„tione veritatis, sed & nonnulla con-  
„fusione adversantium, quos com-  
„pescat dentata humilitas, & patien-  
„tia Evangelica. Estote, inquit mitis  
„& humili corde, prudentes sicut ser-  
„pentes, & simplices sicut columbae. Ea

C

porro,

CAP

„porro, quæ nunc primum erum-  
„, pum in meam notitiam, sunt hæc.  
„Vulgatur industriâ diligentî, fuil-  
„, se per epistolam, ex Urbe datam,  
„prohibitum mihi, edere controver-  
„, sias de fide, & vacare conversioni  
„hæreticorum.

„Propagatur exemplar literarum,  
„ad me scriptarum 8. Julii, anni  
„1653, quæ aculeatissime me arro-  
„, dunt in moribus, nedum in do-  
„ctrina.  
„Prostat libellus impressus, qui  
„conatur evincere, me falso expro-  
„, brasie Auctori anonymo calum-  
„niam de doctrina hæretica, mihi  
„ab illo imputata.

„Hæc vero, & alia e jussi modi mul-  
„to plura, spectant infamiam, desti-  
„, natam præfatæ Disputationi publi-  
„, cæ: quapropter illam, eatenus con-  
„, spurcatam, volo emundare ab illis  
„, scordibus.

„C  
„CAP.

## C A P . I .

*Utrum Valerianus interdicatur editione Controversiarum,  
& studio conversionis  
Hæreticorum.*

Derrebuerat hæc infamia anno  
præterito, unde suspicabar, me  
traduci apud ipsam congrega-  
tionem Eminentissimorum Cardi-  
nalium, qui vacant negotiis fidei  
propagandæ, quos per Epistolam  
percontabar, esse mne titulo do-  
ctrinæ non sanæ, an alio quovis,  
delatus apud exedram illam Pur-  
puratorum; Retuli epistolam ab  
Eminentissimo Cardinali, tunc  
nuncupato Pamphilio, & Præfe-  
cto ejusdem Congregationis, da-  
tam Romæ, 25. Aprilis, anni  
1653. signatam à Dionysio Ma-  
sari, Secretario ejusdem Congre-  
gationis, cuius authographum ser-  
vatur apud me. Hæc Epistola me  
certiorem facit, Patres illos existi-  
mate, non esse consultum Comi-

„tiis Imperialibus , si gravitati ne-  
„gotiorum intercedant publicæ dis-  
„putationes de fide: distinguendum.  
„que inter Acatholicos , qui sunt  
„pertinaces , & contumeliosi , & il-  
„los , qui sunt humani , & discreti.  
„Cæterùm habet epistola illa aliquas  
„periodos , unde solutio propositæ  
„quæstionis peti deber. Reddo lati-  
„nitati id , quod Italicè scribitur.  
„Exordium illius epistolæ est hoc :

Opinio olim concepta de zelo , &  
præstantia Vestrae R. erit semper ea-  
dem apud hanc Sacr. Congregationem  
de prop. fide : quapropter debet tan-  
dem deponere suspiciones illas , quibus  
perturbatur , præcipue vero de concer-  
nentibus Disputationes , quas Vestra  
R. invit cum Ministris hæreticis.  
Tale est exordium : adjungo perio-  
dum extremam. Cæterum Persona ,  
& doctrina Vestrae R. adhibebitur in  
omnibus gravioribus occasionibus , quæ  
contingere possint. Omitto alia ejus-  
modi : hæc enim sufficiunt vitiis  
candidis , & prudentibus.

## C A P. II.

Satisfit objectis contra Valeria-  
num in Epistola, ad eum da-  
ta, 8. Iulii 1653.

„ **A**uctorem Epistolæ non pro-  
„ palo: qui legit intelligat. Re-  
„ spondi anno præterito, 14. Julii, &  
„ sub finem mei Responsi, exarati  
„ idiomate Italico, excuso, quod non  
„ satisficerim omnibus objectioni-  
„ bus, usus his verbis formalibus,  
„ nunc Latinè redditis;

*Epistola tua complectitur centum  
alia capita, non concernentia negotium  
hoc, quæ prorsus transilio, ne te affli-  
gam, si ad singula reponerem, quare-  
ponenda essent.*

„ Fateor me credidisse, Epistolam  
„ præfatam fuisse conceptam, & di-  
„ cstatam minus consultè magisque  
„ speravi suppressionem, quam ti-  
„ muerim propagationem: ut ut ve-  
„ rò successisset, malui apud Scripto-  
„ rem male audire, quam eum contri-

„ stari confutatione erubescenda.  
„ Imò eadem ratione nunc quoque  
„ mihi tempore à pluribus, quæ pos-  
„ sem dicere in rem meam, ratus,  
„ meam patientiam non fore acu-  
„ leatius lacescendam. Nullius mor-  
„ talium favorem mercabor, prosti-  
„ tutâ famâ meâ. Pono illa duntaxat,  
„ quæ altius penetrant, punguntque;

*Adm. R. Paternitas* ( inquit )  
non audit omnia, quæ ad me defe-  
runtur, non dico à Iesuitis, contra hos  
enim adversum signum non tectæ, aut  
latentis alienationis erexit : sed ab  
aliis laudabilibus Ordinibus, spectabili-  
busq; Religiosis, & catholicis Viris,  
qui certe, prout ad aures meas sèpius  
peruenit longè aliter loquuntur, quam  
*Adm. Rev. Paternitas* vestra sibi  
imaginatur. Paulò infra : O qualia,  
quibus tamen verè tangeretur, per-  
ciperet : sed nolim *Adm. R. Paternita-*  
*tatem* vestram contrastatam, &c.  
Tandem infra subdit hæc : Imò N.  
summopere cavit, ut cum præter me,  
Religiosorum quidam doctissimus ac  
præcipuus alterius Ordinis, calatio  
defen-

defensionem ejus suscepturus, vehe-  
menter rogavit, à propalatione unius,  
alteriusve rei, Adm. R. Paternita-  
ti vestre minùs honorificæ, abstinere-  
tur, ne hæc scandalosa contentio sume-  
ret incrementum, &c. Hominum  
„plures sunt mali, quàm boni, sunt  
„que prioniores ad concipiendam  
„malam opinionem de aliis, quàm  
„bonam. Per Deum immortalem!  
„quid sentiunt de Valeriano lectors  
„Epistolæ illius? Ad has crima-  
„tiones Valerianus tacet integro an-  
„no. Silentium hoc est suspectum.  
„In faciem hæc exprobrantur Vale-  
„rianus, & tamen obmutescit. Num  
„contremiscit, veritus accusatio-  
„nem, & Severitatem Judicis? Imo  
„vero; est cur ponamus trepidatio-  
„nem hanc ipsissimam causam silen-  
„tii, eò magis suspecti, quò Vale-  
„rianus est alioquin plus æquo ani-  
„mosior. Consideretur hic illius Epi-  
„stolæ textus:

*Si non desierit: ..... compelli  
me, & in conscientia obligari .....  
non tantum ad demonstrandum rem  
comillid*

omnem cum omnibus circumstantius  
suæ Sanctitati , atq; Eminentissimis  
Cardinalibus Pamphilio, & Ghisio, &  
Congregationi de propaganda fide , sed  
etiam, &c.

„ Quanta , licet non male meritus,  
„ patior , quia propulsaverim contra  
„ Auctorem anonymum crimen de  
„ doctrina hæretica ! Sed dic Vale-  
„ riane , quâ machinâ detrahes au-  
„ toritatem Viris laudatissimis , spe-  
„ cabilibus , doctissimis , religiosissi-  
„ mis , qui , teste illâ epistolâ , te car-  
„ bone tam atro notarunt ? Undique  
„ angustiæ . Ignoro Personas : quas ,  
„ tametsi nossem , fortassis non incel-  
„ serem pro merito . Sunt individua  
„ vaga : sed dictorum petulantia est  
„ præcisa , & signata . Ecquidem fa-  
„ tis intelligo ex ipsa epistola , vidi  
„ illos esse egregios ardentes in exa-  
„ cuenda rixa . Ultronei accurrunt ,  
„ suggeruntque ligna igni , plus æ quo  
„ flagranti : at vero latent sub specie  
„ innocentia propugnatæ . Tacebo-  
„ ne ? Scio quid faciam . Subiectam  
„ viros illos doctissimos , & specta-  
„ bilissimos

„ bilissimos quæstionibus: eos agam  
„ in equuleum , quo crucientur in  
„ honore, si non exprimant, effun-  
„ dantque in Orbem probra, impu-  
„ tata Valeriano. Ago ætatis meæ  
„ annum sexagesimum octavum, &  
„ quinquagesimum tertium in Ordi-  
„ ne Capuccinorum, in quo nulla est  
„ dignitas, quæ mihi non obtigerit  
„ aut suffragio regulari, aut quam  
„ non abnuerim: adhibitus insuper  
„ tractandis gravioribus negotiis à  
„ Regibus, Cæsaribus, & summis  
„ Pontificibus: visus propterea in  
„ Aulis omnium penè Principum  
„ Catholicorum: nec tamen scio, me  
„ aliquando fuisse juridicè accusa-  
„ tum, denunciatum, aut inquisitum.  
„ Non effero, si quid cum laude præ-  
„ stiti: infamiam duntaxat, quæ mi-  
„ hi inuritur, detergo. Non delitui  
„ sub modio, sed de candelabro aut  
„ illuxi, aut insordui.  
„ Itaque eos, qui eatenus, ut di-  
„ cturn est, cedunt adversum me præ-  
„ sumptionem violentissimam in  
„ malum, subjicio huic torturæ;

Pronuncio, viros illos, ( fortassis innoxios ) esse Nebulones spectatissimos, doctissimosq; mentiri impudentissime, si crimina illa non propalaverint.

„ Judicibus verò, nominatis ad terrorem meum, humillimè juxta, &

„ fidentissimè dico; *Quis ex vobis arguet me de peccato*, cuius cognitio

„ conveniat Foro vestro? Nullum

„ per D E I gratiam extitit meum

„ factum, ex utero matris ad hanc

„ diem, quod, vel leviter, de honestate

„ re possit meam aut præteritam, aut

„ præsentem conditionem. Huc ade-

„ stote Ardeliones: loquiminoꝝ, &

„ propalanto super tecta, quæ in au-

„ rem dixistis, & mentiti estis.

„ Sed sunt, qui sentiant, his con-

„ tentionibus scandalizari Catholi-

„ cos, nedum Hæreticos. Ipse sum

„ in eadem sententia. Scandalum

„ fuit, imputare Capuccinis, edito

„ libello anonymo, doctrinam hæ-

„ reticam. Huic scândalo consultum

„ fuit, demonstrata innocentia no-

„ strâ. Scandalum est, constituere

„ Valerianum, scripto publicato, sub

præ-

„præsumptione violentissima mul-  
„torum criminum. Huic scandalo  
„occurritur equuleo , seu torturâ  
„præfatâ. Sed sint , qui has ipsas  
„innocentiae manifestaciones dent  
„scandalo. His dicitur : Necesse est ,  
ut veniant scandala.

**D**uctis ergo Jesuitis in illo E-  
quuleo , præstolabar aut resti-  
tutionem famæ , aut juridicum pro-  
cessum contra meas hæreses , & alia  
crimina : at verò cœpi contremi-  
scere , cum intellexi , Jesuitas dedu-  
cere Principem ad Summum Pon-  
tificem , accusaturos Valerianum , &  
postulaturos prohibitionem , imò  
incendium publicum , & infame mei  
Commentarii in Jocosum. Sed nec-  
dum scio , me accusari , multò mi-  
nus prohiberi , suspendi , aut suppri-  
mi Commentarium illum. Prodiit  
tamen Decretum , mihi exitiale ;  
nempe hoc :

Decretum S. Congregatio-  
nis generalis de propaganda fi-  
de, habitæ die 6. Decem-  
bris, 1655.

**S**acra Congregatio, justis de causis  
mota, deliberate decrevit, nulli Mis-  
sionario Apostolico, cuiusvis gradus,  
conditionis, præminentiae, Religionis,  
status, &c. in posterum licere aliquod  
Opus proprium, seu alterius, sub quovis  
prætextu, per se, vel per alium, seu  
alios, typū mandare, absq; ipsius S. Con-  
gregationis expressa licentia in scriptū  
in forma solita, &c. sub pœna privatio-  
nis Officii, vocis activæ, & passivæ, sup-  
pressionis ejusdem Operis, & excommu-  
nicationis latæ sententiae, ipso facto in-  
currendæ, ac soli Sanctissimo D. N. re-  
servatæ: præcipiendo supradictis, & cui-  
libet ipsorum, ut in casu quo dictam li-  
centiam obtineant, eandem in ipsius Ope-  
ris initio imprimere teneantur sub iisdem  
pœnis. Non obstantibus quibuscunq; pri-  
vilegiis, facultatibus, licentiis, &c. etiam  
orete-

oretenus alias datis, seu concessis: quæ omnia & singula per præsens Decretum revocata omnino de censeantur, ac pro revocatis habeantur.

Concordat cum suo originali in  
(L.S.) Cancellaria Apostolica exi-  
stente.

Benedictus de Rubeis Cancell.

**D**ecretum hoc dicitur lanicium;  
& promulgatum occasione cu-  
jusdam Missionarii Apostolici, qui ad Mosæ trajectum ediderit libel-  
lum famosum in quendam Episco-  
pum, quod mihi, velut Missionario,  
fuit à Nuncio Apostolico in Aula  
Gæsarea intimatum.  
His verò præclarè gestis, Prin-  
ceps reduxit in Germaniam, Bea-  
to Joanne à Rosenthal Jesuita, ei-  
dem quondam à confessionibus,  
mortuo in Urbe Jacoso quoque  
sine joco extincto. Porro vigore  
hujus Decreti deprehendi, & con-  
sideravi me imbellemi: Ego enim  
sine usu præli sum inermis in con-

fictu contra invasores famæ bonæ,  
& propagatores infamiae terebrimæ,  
frustra invocata tot annis auctori-  
tate Judicis, necdum discussis tene-  
bris, quas Jesuitæ offundebant: qua-  
propter cœpi timere novos assultus,  
præstolabar tamen auxilium ex alto.  
Sed non propterea desideo iners, sed,  
execratus Jesuiticam tyrannidem,  
Decretum illud apud S. Congrega-  
tionem asservi subreptitium, & apud  
Summum Pontificem denuncio So-  
cietatem Jesuitarum, corruptam,  
aut hæresi, aut atheismo, obserватu-  
rus, ut se defendant, ut me accusant.

Dum verò hæc actitantur, exhi-  
betur mihi Epistola, ad me exarata  
à Principe, quam ubi perlegi, occur-  
rebat exprobatio, facta à Semei  
Regi David, cum fugeret à facie  
Absolon: *Egredere, egredere (cla-  
mat Semei) Vir sanguinum, vir Be-  
tial: reddidit tibi Dominus universum  
sanguinem Domus Saul.* Semei consi-  
derabat David ejectum, profliga-  
tum, & planè exterminandum, cui  
pro-  
ficitur

propterea petulantius exprobabat  
iniquitatem in Regem Saul.

Sed mi Theophile, qualem existi-  
mas tenorem illarum litterarum?  
Dicam paucis: Est talis, qualem  
Jesuitas puduit exarare sub suo no-  
mine: Pudet & me, reponere totam  
Epistolam: Subjungo tamen litteras  
meas, ea de re scriptas ad S. Congre-  
gationem. Arrige aures, Theophile,  
sed subaudi Jesuitas in Persona Prin-  
cipis.

Eminentissimi, &c.

„POstremis meis litteris, quas pri-  
„ma Maii scripsi ad S. Congre-  
„gationem de fide prop. opposui  
„Decreto mihi intimato subreptio-  
„nem: hisce vero expono ejusdem  
„Decreti duplex malum, inde mihi  
„obveniens: nempe animantur, &  
„armantur plurimi ad conspurca-  
„dam meam famam: Ego vero exu-  
„or armis defensivis.  
„Plures sunt, qui me volunt infa-  
„mem, scilicet, Jesuitae, & tres illi

Hære-

„ Hæretici, cum quibus inieram Dis-  
„ putationem publicam. Hi oppo-  
„ nunt meæ doctrinæ catholicæ tex-  
„ tus sacros. Illi affingunt mihi Pro-  
„ positiones hæreticas contradicto-  
„ rias illis, quas ad oculum habent li-  
„ bri, à me typo vulgati. Ego vero  
„ Missionarius Apostolicus, de vestra  
„ auctoritate, & mandato prohibeor  
„ retinendere hos, & illos sine vestra  
„ facultate, nunquam obtenta, nec si  
„ sustinuero, obtainenda. Facti yeri-  
„ tatem ostendo duobus argumentis.

„ I. Jesuitæ, cum disponerent pu-  
„ blicè imputare mihi hæresim, prius  
„ obtainuerunt à Vobis ( Patres Emi-  
„ nentissimi ) prohibitionem, mihi  
„ factam titulis honestis, de non con-  
„ tinuanda Disputatione inchoata,  
„ & imprimendis meis ea de re Tra-  
„ statibus : qua prohibitione illi ar-  
„ mati, me inermi, ediderunt libel-  
„ lum anonymum, quo traducor,  
„ velut assiquerim, Primum Ro-  
„ mani Pontificis non posse probari  
„ ex sacro textu : tametsi meus tex-  
„ tus habeat, quod non possit pro-  
„ bari

,, bari ex S O L O sacro textu. Concla-  
,, matumque fuit ab illis contra Va-  
,, lerianum , quasi hæreticum , amo-  
,, tumque eo titulo à disputatione ,  
,, & à publicatione suorum Operum ,  
,, me frustra tot annis implorante  
,, vestram providentiam , & prote-  
,, ctionem , non ex defectu vestro , sed  
,, ex industria , & arte Jesuitica .

,, 2. Quoniam vero non sum eo-  
,, usque hebes , ac stolidus , qui patiar  
,, tantam infamiam , compescui illo-  
,, rum petulantiam , editâ multiplici  
,, Apologiâ , quam cum ferre neque-  
,, ant , procurarunt in Urbe vario  
,, molimine edi Decretum illud , quo  
,, destituor usu typi , non solùm ne  
,, inclarescam aliqua laude ingenii , &  
,, doctrinæ , verùm etiam ut contra  
,, inermem insurgant armati edendis  
,, libellis ad meam infamiam . Testor  
,, Deum in animam meam , quod ab  
,, intimatione præfati Decreti , cœpi  
,, circumspicere , sicunde prodeat ali-  
,, quid ejusmodi : prodiit verò 17.  
,, Maii , Epistola Celsissimi Princi-  
,, pis Ernesti Landgravii Hassiæ , scri-  
,, pta ad

„pta ad me Rheinfelsā, 28. Martii  
„anni labentis, sub hac severissima  
„comminatione, sua propria manu  
„his verbis exarata:

Si volueris, contra meam expecta-  
tionem, super hoc scripto respondere,  
non potero præterire, quin id ipsum A-  
lexandro nostro Magno ostendi cu-  
rem.

Hæc porro Epistola, quæ implet  
sex folia, exhibit plurima, digna  
gravi animadversione, quam pro-  
pterea optarem typo vulgari, si spe-  
ctarem duntaxat meum privatum  
commodum: volo tamen inde de-  
libare nonnulla, quæ confirmant  
veritatem facti, quod mihi confir-  
mandum proposui, scilicet, quod  
eà prohibitione armentur illi, me  
exarmato. Cùm verò multa, ut di-  
xi, sint in hac Epistola digna gravi  
animadversione, unum est planè  
intolerabile viro non hæretico, &  
non infami. Ait bonus ille Prin-  
ceps:

At, prout ante morui, satius erit, si  
Romam eas, atq; illic defendas Rhein-  
felsensem tuam assertionem, non posse  
nimirum

nimirum Primum Romani Pontificis ( id est jurisdictionem ecclesiasticam S. Petro, atq; in eo ejus successoribus concessam ) ex solo sacro textu probari: si causam istam peregeris, te reducem, & victorem cum processione excipiemus, scriptumq; Patri Rosenthal Coloniae, & Moguntiae publicis flamnis deinde exuretur.

Hæc ille; & paulò supra sic inquit:

Mi Valeriane, si quantum tuae valent experiri cupis, Romam quæ proficisci: sumptus itineris non tantum ego largiar, sed & à Superioribus licentiam pro te petam, ut & sistere te possim coram Summo Pontifice Alexandro V I I. atq; illuc causam tuam agere, &c.

Ait ergo, me disputantem Rheinfelssæ cum Haberkornio, asservisse has duas Propositiones, quas fateor esse hæreticas:

1. Iuridictio Ecclesiastica Sancto Petro concessa, non potest probari ex solo sacro textu:

2. Iuridictio Ecclesiastica concessa

sa in Sancto Petro ejus successoribus non  
potest probari ex solo sacro textu.  
,, Evidem in Actis Rheinfelinæ  
,, Disputationis, typō editis dixi:  
,, Hanc Thesin ( de Primatu Roma-  
ni Pontificis) non quimus inferre ex  
solo textu sacro , siquidem in Bibliis  
nulla fit mentio Pontificis Romani.  
,, In Epistola vero apologetica ad  
,, P. Bonaventuram, s̄e p̄ius typō vul-  
,, gatam , & à Principe in pr̄efatis  
,, ejus litteris examinatam , meā  
,, sententiam de hac quæstione sic  
,, expono:  
,, Christus concessit D. Petro Prima-  
rum super universam Ecclesiam :  
,, Hæc propositio potest probari  
,, ex solo sacro textu , scilicet , hoc  
,, præcipue , Pasce oves meas .  
,, Christus voluit , Primum , D. Pe-  
tro concessum , transire ad Episcopos  
Petri successores :  
,, Hæc propositio potest probari  
,, ex solo sacro textu , illo præcipue ,  
,, Super hanc Petram aedificabo Eccle-  
siam meam .  
,, Petrus sedis Episcopus Urbis Romæ :  
,, Hæc

„ Hæc propositio nullo modo pot-  
„ rest probari ex sacro textu: proba-  
„ tur tamen ex traditione Apostolica,  
„ & Ecclesiastica.  
„ Sic ego sensi, sic sentio. Id testan-  
„ tur plurimæ meæ Epistolæ, scripto  
„ exaratæ ad ipsum Principem, ad  
„ S. Congregationem de fide prop,  
„ ad alios plerosque. Id evincunt  
„ illi ipsi mei Tractatus, in quos Prin-  
„ ceps suis litteris animadvertisit; &  
„ tamen traducor ad sensum contra-  
„ dictorum hæreticalem. Quid co-  
„ gitem? Princeps protestatur, se non  
„ habuisse Socium in fabrica suæ E-  
„ pistolæ. Quid igitur dicam? vel  
„ ignoror, vel suprimo. Reliqua hu-  
„ jus Epistolæ pene omnia sunt ejus-  
„ dem coloris.  
„ Ut verò mihi inurat culpam do-  
„ strinæ hæreticalis, interpretatur  
„ testimonium, & laudem S. Con-  
„ gregationis de bonitate meæ do-  
„ strinæ, hoc Elogio.  
„ Noli autem (inquit) existimare,  
„ mihi, aliuḡ cognitam non esse cau-  
„ sam, cur tibi, cum Ratisbonæ esses, Ro-  
„ manov

mâ mandatum fuerit , ne quos alios lib  
bros publicares : interpretari quidem  
tu , id ad politicas considerationes fu  
etum fuisse . ne Protestantes inde offen  
derentur : at quæ verisimilitudo in eo ?  
¶ cur P. Keddo jesuitæ . aut P. Al  
phonso Straimos Augustiniano talis in  
hibitio facta non est ? quorum ut ergo  
hic publicus è suggestu concionibus , al  
ter multis editis scriptis , non cessabat in  
iisdem Comitiis Protestantes infestare.  
Certe risum mihi excusserunt approba  
tiones , & encomia , quæ pro te citasti.  
Dominus Meshovius quidem qui alias  
censura librorum præesse non solet , ut  
& alii Colonienses in latitia illa , quam  
de conversione mea conceperant , non  
fuere parci talium . At quis non norit ,  
quam facile iste approbationes impe  
trentur , dum multa in honorem per  
sonæ , quæ talia petit , transmittantur  
quod si ad exactam , & rigidam incu  
dem revocanda essent , asperiorem cen  
suram vix effugerent . Hac ille .  
¶ Ut autem profundiusr eradiceret  
opinionem de bonitate meæ do  
ctrinæ , alio argumento enervat  
vestram

„ vestram ea de re sententiam , exa-  
 „ ratam litteris ad me datis , conce-  
 „ ptis , & subscriptis à Secretario S.  
 „ Congregationis , inquit ,

Literæ autem D. Massarii , qui  
Congregationi de pr. f. à secretis est ,  
parum ad rem faciunt : aliter enim  
per civilitatem vix poterat tibi re-  
spondere .

„ Princeps non est benè informa-  
 „ tus : ego enim nullam Epistolam  
 „ accepi unquam ab illo D. Secre-  
 „ tario : tantum ille abest à partiali  
 „ affectu erga meam Personam . Ve-  
 „ rùm sufficitur alia objectio , si hæc  
 „ non censeatur congrua : nimirum  
 „ sic succedit textus Epistolæ :  
 „ Minus bene etiam ergo Patres So-  
 „ cietatis affectus ( scilicet Massarius )  
 tuo in eisdem odio tanto promptius po-  
 tuit velificari .

„ Cum vero hisce interpretationi-  
 „ bus obstarerit non damnatus Romæ  
 „ meus Commentarius in M. Joco-  
 „ sum , quidominiscitur , ne , vel  
 „ hinc , extet argumentum , meam  
 „ doctrinam non esse damnatam in  
 „ iunctiōne : cuius sit Urbe ?

„Urbe? Sic interpretatur neglectam  
„censuram:

Noli autem existimare , tui causa  
non prohibitum fuisse Romæ Commen-  
tarium tuum : contigisset id haud du-  
bie , nisi prudenti consilio consultius vi-  
sum fuisse talia suppressere , ne magis  
curiositas ex prohibitione accendere-  
tur.

Hic Commentarius non fuit vê-  
nalis; nec ejus ullum exemplar fuit  
ulli communicatum , nisi ex mea  
dispositione , qui servabam omnia  
exemplaria , quæ non fuerunt sup-  
presa.

Itaque si quis censeat de mea Do-  
ctrina ex sententia hujus Principis ,  
ea est hæretica. Quid vero sentiat  
de mea Persona , declarat hoc Elo-  
gio :

Facile hinc apparent motus animi  
tui : & quidem de re metuendum fuis-  
set post causam tuam Romæ damnata-  
tam. M. Valerianus. Cœlestis Commen-  
tarius. Nimurum , si ea damnatio non  
fuisse dissimulata prudenter. At  
vero quid in eo casu deliberasset  
Valerianus ? paucis innuit.

Vidi

Vidi enim ( inquit ) te multo majores ,  
cum semel laxarunt frena affectibus suis ,  
in quas postea miseras se non præcipites  
dederant ?

„ Demum occurrit famæ universa-  
li de mea cooperatione ad ejus redu-  
ctionem ab hæresi ad fidem catho-  
licam , quam expungit , ac denigrat  
sequenti contestatione .

Inter alia autem , quæ in te displace-  
possunt , jactantia tua ista est , qua nun-  
quam non gloriaris de tua Apostolica ad  
has Rheni partes missione , quam tu qui-  
dem cum ipse sollicitaveris , non decebat  
de ea tantum triumphum agere . & tan-  
quam si multa eximia patraveris , te ef-  
ferre . Crede mihi , non ita affectus erat  
P. Rosenthal . Præstitisti forte aliquid  
ad Conjugis meæ conversionem , in qua  
Deus tua opera uti voluit : at extra hanc ,  
non est , quod alia tibi trophæa fingas . Ra-  
ronius Bombergii conversio ad fidem catho-  
licam falso tibi ascribitur æque , ac mea ;  
utique enim nostrum plus proficit lectio-  
ne librorum de fidei controversia , quam  
colloquii Religiosorum , & debemus id do-

num di-vinae miserationi, & gratiae. Non  
dico hoc ideo, quod me tui pudeat, prout  
tu id interpretaberis, sed ut veritati pa-  
trocrinum praestem. De dotibus tuis, quas  
Deus tibi non temnendas largitus est,  
plus presumis, quam debebas, abutens  
illis ad fastum, & vanitatem. Ipse  
nosti, cum primum me Viennæ apud A-  
malphitanum Principem vidisti, ne jam  
semina catholice veritatis in pectore  
sovisse: tu autem ultro ( id est falsissi-  
mum ) per litteras operam tuam Rome  
obtulisti, ut hic veniendi potestas esset,  
putabas nimium pro Dei gloria, aut, quod  
vereor, pro tua quoq; gloria, aliquid ma-  
gni praestandi occasionem fore.

Hæc Princeps: qui insuper tri-  
buit meæ felicitati, quod Hæretici,  
à se provocati, noluerunt in eum  
disputare, velut sim impar pro tali  
munere.

Debes autem ( inquit ) hoc fortunæ be-  
neficium, quod tres illi Protestantum ha-  
reticorum doctissimi Calixtas, Crocius,  
& Haberkornius, metu aliquo, ne inter-  
se discordes in mutuas rixas prorunpe-  
rent,

rent, Francofurtum venire recusarunt, si  
enim eò venissent, quæsò quid de te factum  
fuisset?

„ Hæc sane, & alia multa, quæ ha-  
„ bet ejus Epistola, objiciuntur mihi,  
„ acerbe satis: & tamen excusat, quod  
„ acerbiora cohibeant.

Operæ pretium ( ait ) non est longiori  
refutatione omnium aliarum tuarum ca-  
lumniarum, & ineptiarum immorari,  
quas contra R. Patrem Rosenthal, totam  
que Societatem effutiisti, &c.

„ His ergo à me relatis, probatum  
„ volo Vobis ( Patres Eminentissimi )  
„ vestras prohibitiones, de non e-  
„ dendis meis Operibus, animasse,  
„ & armasse, animare, & armare  
„ Hæreticos, & Jesuitas, ad conci-  
„ liandam mihi infamiam hæreleos,  
„ & morum corruptorum, mee exar-  
„ mato: quibus præpeditus talia pa-  
„ rior. Christiano pudori lito ne-  
„ glectam exaggerationem hujus fa-  
„ cti. Vos ipfi, Patres Sapientissimi,  
„ recognite, quæ prudens reticeo,  
„ & decernite decernenda: meque

„subducite à dura necessitate consu-  
 „lendi meis rationibus ex dictamine  
 „legis naturalis, ubi deficiat auctori-  
 „tas publica , cui humillimè com-  
 „mendo causam meam. Dabam  
 „Viennæ, 27.Maij. Anno 1659.

**H**is adjungo Epilogum , ceu coro-  
 nidem harum litterarum , qua  
 complectitur quidquid infandi , & ne-  
 fandi imputari possit Homini spur-  
 cissimo. *Imo , inquit , securus sum , si*  
*quis decimam partem tuorum defectuum*  
*monstret , illum à consortio Ordinis istius*  
*protinus eliminandum.* Non tamen no-  
 minat meas blasphemias , adulteria ,  
 fornicationes , ebrietates , homicidia ,  
 aut ullum aliud flagitium : retuli e-  
 nim omnia ejusmodi ad S. Congrega-  
 tionem in præfatis litteris .

Quid tibi videtur, Theophile ? Di-  
 cam, quid mihi videatur. Hoc ipsum ,  
 quod tibi. Volo tamen expendere ac-  
 curatius hanc antilogiam , inferen-  
 dam , defuncto Valeriano , Annali-  
 bus , in quibus infamia Valeriani cen-  
 sebi-

sebitur inter portenta , & miracula  
Societatis : Contra hō potiora in u-  
nam summulam.

Imputantur mihi præcisè in termi-  
nis duæ Hæreses.

Pronuncior damnatus hæresis à  
Summo Pontifice.

Si quid boni operis præstiti , id  
vertitur vitio procuratæ laudis hu-  
manæ.

Si quæ talenta mihi sunt à Deo  
concessa , vituperantur , ut male im-  
pensa.

Demum contemnor , velut indi-  
gnus , qui vivam in Ordine Capucci-  
norum.

Hæc est Synopsis calumniarum ,  
quæ , ut exprobratæ in faciem , eva-  
runt in contumelias , & convicia ,  
quibus responderet neglecta in litteris  
consueta urbanitas , versa in severita-  
tem Personæ indignantis & castigan-  
tis sceleris , & infamiam .

Porro hæc indignatio transit à  
Mardochæo in universam gentem  
Capuccinorum . Capuccini sunt igno-  
rantes

rantes ; ridiculi ; inepti Missionibus apostolicis : alta præsumentes : sunt scandalum hæreticis ob præsumpta merita ex vitæ austeritate : demùm cùm exeunt claustrum , sunt pisces extra aquas , & propterea pellendi ex S. Goare.

Heu me ! Quid sum miser nunc dicturus : quem Patronum rogaturus : cùm vix justus sit securus ? Non tamen dejicior. Testor Deum , quod de imis visceribus cordis mei parco Jesuitis : oro Deum pro illorum incolumentate, patrissimus ad obsequia : imò me miseret eorum. Quomodo obscuratum est aurum optimum !

Nihilominus consulere oportet  
meam famam ab hac insectatione, & Ec-  
clesiæ catholicæ ab hac peste.

Meam famam scio non esse lœsam  
apud illos , quibuscum convivo ; a-  
pud alios verò , qui me ignorant , nec  
aliunde sciunt , quàm ex Jesuitarum  
industria , pessimè audio : horum ve-  
rò sunt multa centena millium. Je-  
suitæ servant in cavea famam ala-  
tam

tam, quam emittunt, per vasuram  
celerrimè Regnū, & Provincias, ne-  
dum Urbes, & familias. Ad nutum  
Chori magistri clamant, & conci-  
nunt Musicantes: Ad nutum unius  
Jesuitæ, laudantur, & vituperantur,  
quos völunt: Sunt in scholis multæ  
centuriæ Scholium, qui eadem die  
implent vocibus illis Urbem quan-  
tumvis magnam: raceo reliqua ejus-  
modi adminicula.

Mea porrò infamia urit consan-  
guineos, affines, Ordinem Capucci-  
norum, atque insuper est indecora  
Catholicis: & licet dupli editione  
mei Commentarii in Jocosum obsti-  
terim qualitercumque, tamen, cùm  
ille Commentarius nec sit, nec fuerit  
venalis, pauca enim exemplaria com-  
municavi prudentioribus, existima-  
vi id sufficere ad sedandum pruri-  
tum calumniandi: Sed, ut vides Theo-  
phile, plaga refricata manavit san-  
guine.

Consultarus ergo meæ famæ,  
cogor innuere aliqual, ex quibus

Homines sanx mentis intelligent; me fore Asinum stolidum; insuper suspectum hæresecos, & sceleratum; si judicium de falsitate calumniarum non ejiciam ad victoriam.

Nil omnium confirmat Jesuitarum imposturas vehementius illo Decreto, quo prohibeor edere quidquam meorum Operum. Illud est, instar sigilli apostolici, appensum authographo, ex quo damnor hæresecos, & scelerum infando.

Decretum hoc suasic Celsissimo Landgravio Ernesto, esse verissimas criminaciones Jesuitarum contra Valerianum. Cur non ita crederet vir prudens? cur inde vir candidus, & amans fidei catholicæ, non exprobraret mihi hæreses, & scelera mea?

Ridet ille, rident illi laudes, mihi tributas ex Urbe, oppositas factis ex eadem Urbe. Sugillant illi meam stoliditatem, quod his laudibus propulsaverim exprobrationes.

nes mihi factas in proscenio Ecclesie.

Quam rident omnes , ac singuli universalitatem illius Decreti , quasi non petat unum Valerianum ! Sed illud esto sancitum , ac promulgatum in Orbe universo per modum legis , obligantis omnes , ac singulos Missionarios Apostolicos totius Ecclesiæ : quanti est hæc lex humana , ut nequeat dispensari in casu infamiae , inde gravantis contra Virum , nec citatum , nec auditum , nec exauditum : contra , inquam , virum grandæ vum , optimè méritum de sede apostolica : qui insuper vixerit annos quinquaginta septem Capuccinus , non ejetus , sed promotus , aut vocatus ad supremas totius Ordinis præfecturas.

At negatur , illo Decreto absolutè prohibertypum , sed illum duntaxat , qui exerceatur sine speciali facultate Sacrae Congregationis .

Sumus fungi ? Si uno Valeriano sic inhibetur typus , post infandas crimi-

nationes Jesuitarum , insanit , qui non intelligit, illum eo Decreto trahi in suspicionem violentam hæresum, & aliorum scelerum.

Sed esto : teneatur Valerianus petere facultatem à S. Congregatione: quare ergo non petit? Imò postulavi, & expostulavi per annos sex, nec tamen obtinui. Paucis te volo, Theophile: Conscripti anno 1653. Disputationem , habitam cum D. D. Petro Haberkornio, Ioanne Crocio , & Georgio Calixto , quam, præter ordinarias censuras , jussus ex Urbe , tradidi examinandam Nuncio Apostolico, tunc Ratisbonæ agenti , & Episcopo illius loci , à quibus laudatur Opus; negatur facultas imprimendi: præcipitur transmitti ad Urbem, ibi examinandum accuratius, nec tamen toto quinquennio quidquam rescribitur. Imò illi , ad quos dicitur directum , negant , se illud accepisse, aut vidisse , Nuncio præfato ostendente Epistolam in contrarium.

Quid hoc monstrari ? Exhorrescis,  
Theo.

Theophile , Romam innui ream e-  
versæ justitiae ? Nil minus. Nil ve  
quod mireris. Quid sibi vult Spir-  
itus Sanctus , cùm sic monet : Noli  
resistere contra faciem potentis , nec co-  
neris contra idum fluvii , &c. cap. 4.  
Justitia apud Principes justos , &  
prudentes , eversa arte , & potentiam  
Ministrorum , est frequens: Justitia  
verò , eversa astu , & potentiam Je-  
suitarum , est multò frequentior :  
neque aliud quidquam sic tonant  
in Orbe afflitti , & oppressi , quam  
Jesuiticam tyrannidem , exercitam  
in plurimos , & irreverentiam in  
Principes , quorum ministerio ab-  
utuntur.

His porrò enarratis , quid consilii  
mihī suggeris , Theophile ? Infamia  
inusta non potest singiexecra-  
da , & spurca magis prohibeōr jure  
naturae , & ex lege divina illam tole-  
rare.

Extrema quæque , & mortem (sal-  
vâ conscientiâ) malo subire quam  
non obſistere.

Jesuitæ, toto sexennio postulati  
apud Judicem competentem tot ca-  
lumniarum, contumeliarum, & con-  
victorum, non puniuntur.

Jesuitæ vel non prohibentur inse-  
stari ulterius, vel prohibiti non pa-  
rent.

Mihisurienti, & sitienti justitiam,  
nulla administratur.

Diffamatio præfata confirmatur  
vehementissime illo Decreto, sanc-  
to, & promulgato à Judice, cuius  
justitiam, & protectionem implor-  
avi.

Prostant venalia Opera eorum A-  
catholicorum, quibuscum disputavi,  
à quibus traducor in triumphum,,  
quasi aut profugus, aut ejectus à Dis-  
putatione.

Meæ Responsiones, quibus illi con-  
vincuntur, & norma habitæ Dispù-  
tationis comprobatur, supprimun-  
tur in Urbe.

Exclamo, & peto, aut puniri si ma-  
luis, aut compesci Jesuitas, si in hocens,  
& neutrum obtineo.

Annos:

Annos plus quadraginta impendo  
Operi philosophico, & Theologico  
ad publicam utilitatem, quod prohibeor edere.

Dedi Orbi illa Specimina ingenii,  
& doctrinæ, ex quibus Viri non vul-  
gares sperant incrementa veritatis ab-  
ditæ: id vero exhorrent, & præpe-  
diunt Jesuitæ.

Recusavi Missionem Apostolicam,  
velut intolerabilem Jesuitis, qui, post  
excitatas alias turbas, essent tandem  
commoturi contra me ipsam Con-  
gregationem de eâ propagandâ, Sum-  
mumque Pontificem: & tamen coa-  
ctus sum, quod reliquum est meæ æta-  
tis impendere huic ministerio.

Annis triginta labore, gravissima  
perpulsus, cum emolumento fidei  
catholicæ, sine impensis, sine mer-  
cede.

His, inquam, recensitis, quid  
consilii mihi suggeris, Theophile,  
qui ista legis? Ego, qui ista scribo,  
scio, quid faciam. Consolidabo  
veritatem meæ Doctrinæ: & eni-

rescere faciam meam innocentiam, traductam ad forum humanum, & ad Orbis judicium. Aggredior id operis. Hæreses mihi imputatæ excusæ sunt, velut à slice, ex hoc meo textu:

Post ætatem D. Petri, Pontifices Romani successores ejus habent auctoritatem infallibilem in proponenda, & declaranda universæ Ecclesiæ, ex cathedra, fidei Christianæ doctrinam, & jurisdictionem segregandi à cætu fidelium eos omnes, qui contumaciter eam pernegerant. Hanc, inquam, thesin non quisimus inferre ex solo sacro textu, siquidem in Bibliis nulla sit mentio Pontificis Romani: sed neq; ab auctoritate Iudicis Ecclesiastici possimus præcise, sine argumento theologico, confirmare illam thesin: Nos enim inter Decreta Ecclesiastica, fidem concernentia, nullum scimus, quod Pontifici Romano tribuat expresse infallibilitatem auctoritatis.

Prositeor in medio Ecclesiæ catholicæ paulò explicatius quam feci, meam de illa quæstione sententiam, pridem à me publicatam in Urbe

Urbē apud præcipuos S. R. C. Cardinales, hoc scripto.

# NODUS QUÆSITUS IN SCRIPTO

## VALERIANI MAGNI.

Fratris Capuccini,

*Ad*

## P. LUDOVICUM

à Salice, Sacerdotem ejusdem

Ordinis.

„Tua charitas, & prudentia, mi  
„charissime Ludovice, deside-  
„rat rescire rationem, cur in Dis-  
„putatione anno 1652, habita cum  
„D. Petro Haberkornio, dixerim,  
„me non scire ullum textum sacrum,  
„nullumve Decretum Oecumeni-  
„cum, quod præcisè in terminis tri-  
„buat infallibilitatem Pontifici Ro-  
„mano, definiendi ex cathedra quæ-  
„stiones de fide: Videtur enim tibi,  
„me hinc debuisse timere tempesta-  
„tem post exortam: nec tamen me,  
„ob id, existimas minus circum-  
„spectum:

„spectum : quapropter curiosus in-  
„quiris rationem hujus facti , velut  
„arcanam.

„Tuo postulato paucis satisfacio,  
„tibiique revelo id , quod nolebam  
„credi factum ex intensione directa.  
„Disponebam meo exemplo , & te-  
„nore mei argumenti theologici pro-  
„auctoritate Pontificis Romani , cau-  
„tè revocare , si qui rem occasione il-  
„lius Disputationis , plerosque mo-  
„dernorum Theologorum ab illa  
„præcisa Infallibilitate , ad eam lo-  
„quendi formulam , quæ servatur ab  
„Oecumenicis Conciliis , & Summis  
„Pontificibus : scilicet ad illam præ-  
„cipuè , quam citavi ex Concilio  
„Florentino , cui interfuit Ecclesia  
„latina , & græca , cum Eugenio IV .  
„Pontifice Romano , Josepho Patriar-  
„cha Constantinopolitano , interve-  
„niente ipso Imperatore Orientis : in  
„quo Concilio legitur hoc Decre-  
„tum :

Item diffinimus , Sanctam Apo-  
stolicam Sedem , & Romanum Pon-  
tificem in universum Orbe tenere pri-

primatum , & ipsum Pontificem Romanum successorem esse B. Petri , Principis Apostolorum , & verum Christi Vicarium , totiusq; Ecclesiae caput , & omnium Christianorum Patrem , & Doctorem existere : & ipsi in B. Petro pascendi , regendi , & gubernandi universalem Ecclesiam à D. N. Iesu Christo plenam potestatem traditam esse : quemadmodum etiam in gestis Oecumenicorum Conciliorum , & in Sacris Canonibus continetur .

„ Ex quo Decreto , ego Theologicè intuli :

„ Ergo Pontifex Romanus , cùm definit ex cathedra quæstiones de fide , non potest errare .

„ Huc collimabat series meæ Disputationis : videlicet , existimavi , & etiamnum existimo , Theologos nec debere , nec juridicè posse urgere ullum , sub nota hæresis , ad assensum assertionis à se illatæ : sufficere , si urgeamus ad eam fidei professionem , quam decrevit Ecclesia : Sufficere , inquam , se profiteri inter Christianos .

nos Catholicum, tametsi quis nolit esse Thomista, Scotista, Jesuita-  
sta, &c.

Vide, ac considera hunc textum ex secunda Actione Capuccinorum, impressa Coloniæ: Sed prius distingui-  
mus Iudicem Ecclesiasticum à Theo-  
logo: Index Ecclesiasticus jurisdictione  
directive proponit, & declarat doctrinam fidei Christianæ, quam qui non cre-  
diderit, condemnabitur: & coercitivâ  
damnat hæresim, & separat hæreticum  
à cœtu fideliū. Theologus vero caret  
omni potestate coercitivâ: directive  
autem habet sine ulla jurisdictione: sci-  
licet, non aliam ab illa, quam exercet  
Orator supra Auditores, vel ad sum-  
mum Magister supra discipulos. Non  
tamen negamus, nonnullos Theologorum  
sibi conciliare auctoritatem à doctrina, &  
à sanctitate, alias infamiam, & suspi-  
cionem erroris ab ignorantia, & mori-  
bus corruptis: quapropter qualitates  
personales Theologorum distinguenda  
sunt à pondere argumentorum. Hinc  
doctrinæ gratia Decretum legitimi Ju-  
dicis

Indicis de doctrina fidei, dicimus Argumentum catholicum, quatenus  
hic obligat universam Ecclesiam; Sententiam vero Theologi de doctrina  
eiusdem fidei, dicimus Argumentum theologicum.  
In Actione vero Capuccinorum  
contra D. Georgium Calixtum,  
impressa Coloniæ, his verbis cir-  
cumscribimus nostram sententiam  
de infallibilitate Summi Pontifi-  
cis:

Verum ne allucinere circa nostram  
conclusionem, distinguimus, quod au-  
toritas Papæ sit infallibilis, à senten-  
tia, quod Christiani teneantur profi-  
teri hanc infallibilitatem. Nos theo-  
logice dicimus, auctoritatem illam esse  
infallibilem. At non intulimus, fide-  
les Christianos obligari ad ejus profes-  
sionem: obligantur tamen sub ana-  
themate admittere Decretæ fidei, inde  
emanata, &c.

Plura in hanc sententiam dixil-  
sem, si ea Disputatio non fuisset  
eversa à Jesuitis, damnantibus  
hanc meam cautelam: & quidena-  
ea

„ eâ severitate , ut non solum velint ,  
„ Judicium Episcopi Romani pro-  
„ nunciari præcisè infallibile , sed , id  
„ posse convinci ex solo sacro textu ,  
„ scilicet absque traditionibus apo-  
„ stolicis , & ecclesiasticis : quapro-  
„ pter toto Orbe conclamatum est ab  
„ illis contra Valerianum , id negan-  
„ tem. Fateor , me sic sensisse , & sen-  
„ tire : scilicet , secerno Depositum  
„ sacræ Doctrinæ , firmatum auctori-  
„ tate Dei revelantis , & Ecclesiæ do-  
„ centis , à placitis Theologorum  
„ quorum pleriq; suaderi possunt A-  
„ catholicis , non tamen velut creditu-  
„ necessaria ex Decreto Ecclesiæ . Qua-  
„ propter liceat mihi , tām atro carbo-  
„ ne notato , humillimè monere sa-  
„ pientiores , ut reducturi hæreticos  
„ ad fidem catholicam , urgeant pri-  
„ mo & præcipuo loco Depositum  
„ sacræ Doctrinæ , desinantque fati-  
„ gare Acatholicos doctrinis notæ  
„ inferioris . Fateor , me etiamnum  
„ mirari consilium Jesuitarum in  
„ Colloquio Ratisbonensi , in quo po-  
„ fuerunt hanc ipsorum thesin , quam  
tamen

„ tamen abrupto Colloquio non pro-  
„ barunt ullo argumento.

Judex generalis, legitimus, ordinarius  
omnium controversiarum, quæcunq; pos-  
sent oriri in negotio religionis, est Ponti-  
fex Romanus, sive solus definiat aliquid,  
sive definiat cum Concilio generali. Iste  
Judex semper est infallibilis, quando ex  
cathedra definit, ut Pontifex, nulli errori  
obnoxius, &c.

„ Hæc Assertio involvit hæc præ-  
„ dicata de Pontifice Romano:

Est Judex omnium controversiarum,  
quæ oriri possunt in negotio religionis.

Est judex generalis.

Est judex legitimus.

Est judex ordinarius.

Est judex, sive solus definiat aliquid,  
sive cum Concilio generali.

Est judex semper infallibilis, quando  
definit ex cathedra, ut Pontifex.

Est judex nulli errori obnoxius,

„ Nonne consultius fuisse pone-  
„ re hanc thesin ex Concilio Floren-  
„ tino?

Pontifex Romanus est successor D.  
Petri Principis Apostolorum: tenet  
primatum in universum Orbem: est  
verus Christi Vicarius: totiusq; Ec-  
clesiae Caput: & omnium Christiano-  
rum Pater, & Doctor: cui à D. N.  
I E S U Christo in Beato Petro tradi-  
ta est plena potestas pascendi, regendi  
& gubernandi universam Ecclesiam.

Vel hanc ex professione fidei,  
præscripta à Pio IV. post confir-  
mationem Concilii Tridentini:

Sancta Catholica, & Apostolica  
Romana Ecclesia est omnium Eccle-  
siarum Mater, & Magistra: Roma-  
nasq; Pontifex est Petri Apostolorum  
Principis successor, ac I E S U Christi  
Vicarius, cui vera obedientia præstan-  
da est à Christi fidelibus.

„ Hæc sapiunt Spiritum, recto-  
„ rem Ecclesiæ: illa disputantur in  
„ Scholis. Nimisq; visum est Spi-  
„ ritui Sancto & Ecclesiæ Patribus,  
„ in decursu sexdecim sœculorum ir-  
„ ritatis perulantia hæreticali to-  
„ Hæresiarcharum, definire, sicut di-  
„ xi, & non aliter, Auctoritatem,  
& Ju-

„ & Jurisdictionem Pontificis Ro-  
„ mani. Haberemus ex cœtu Hære-  
„ tiorum plures Catholicos, si Ju-  
„ risdictione Pontificis proponeretur  
„ illis, ut jubent ipsis Pontifices. Qua-  
„ propter consultius duxi inire Dis-  
„ putationem ad normam œcume-  
„ nicam, quam ad exemplum Jesui-  
„ tarum.

„ Sed vir, professione Catholicus  
„ opponit, sub ficto nomine Jocosi  
„ Severi Medii hæretici, auctoritatem  
„ Ecclesiæ decernentis esse nullam.  
„ Miror ignorantiam. Scio hæreti-  
„ cos detrahere Concilio generali au-  
„ toritatem definiendi quæstiones de  
„ fide: sed num, hac detracta, detra-  
„ xerunt & fidem historicam? Te-  
„ statur in Concilio Florentino Ec-  
„ clesia Orientalis, Romanum Pon-  
„ tificem apud illum semper suisse  
„ creditum talem, qualem definitivè-  
„ re: id verò mihi argumentanti suf-  
„ ficiebat.

„ Instat porro, definitionem Pon-  
„ tificis esse inefficacem, si non de-  
„ claretur infallibilis. Hæc objectio

non

„non potest moveri ab Hæreticis,  
 „qui nullum recipiunt Decretum  
 „Ecclesiæ, ut ab auctoritate infalli-  
 „bili. Catholici verò sciunt ex De-  
 „creto Ecclesiæ, Papam esse Vica-  
 „rium Christi, &c: ex consequen-  
 „tia verò theologica inferunt eam  
 „infallibilitatem. His satisfactum  
 „puto quæsito tuo, mi charissime  
 „Ludovice.

**H**Abes, Theophile, expressam  
 meam sententiam de illa quæ-  
 stione: sed putasne, Jesuitas, tot tur-  
 bis excitatis toto sexennio, ivisse e-  
 versum sententiam illam? Minimè.  
 Exhorruerunt Disputationem meam  
 publicam in Imperio, quod esset præ-  
 ferenda eorum Colloquio Ratisbo-  
 nensi. Pono antithesin inter utramq;  
 Disputationem.

Illorum Colloquium nullam ha-  
 bet fidem certam Protocolli: No-  
 stra Capuccinorum Disputatio ha-  
 bet indisputabilem, & indisputa-  
 tam.

Illorum Colloquium non fuisset  
 dura

durable sine incommodis gravissimis, & consequenter non durable in multos dies: Nostra Disputatio potuisse extendi ad annos cum volviturate legentium acta, & commoditate Disputantium.

Illorum Colloquium excipiebat calamo sensum verborum, vocetenus prolatorum: Nostra Disputatio edebat typo acta, venalia, & exposita Orbi universo.

Illorum Colloquium recusavit scriptionem Actorum ad litteram, quam urgebant Antagonistæ: Nostra Disputatio urgebat impressionem actorum, quam, tametsi esset pacta, detrectarunt.

Illorum Colloquium rejecit probationem thesis de auctoritate Pontificis in postremum locum: Nostra Disputatio protrusit eandem thesin ad primam actionem.

Illorum Colloquium fuit abruptum de consilio Jesuitarum, sicut credere fas est: Nostra Disputatio fuit præpedita, Antagonistis non edentibus acta ad normam pactam utrinque.

E Illo-

Illorum Colloquium posuit hanc  
thesin: *Judex generalis, legitimus, ordi-*  
*narius omnium controversiarum, quæcun-*  
*que possunt oriri in negotio religionis, est*  
*Pontifex Romanus, sive solus definit al-*  
*iquid sive definit cum Concilio generali.*  
*Iste Judex semper est infallibilis, quando*  
*ex cathedra definit, ut Pontifex, nulli er-*  
*rori obnoxius.*

Nos Capuccini posuimus hanc:  
*Post etatem D. Petri, Pontifices Roma-*  
*ni, successores ejus, habent auctoritatem*  
*infallibilem in proponenda, & declaranda*  
*universæ Ecclesiæ ex cathedra, sivei Chri-*  
*stianæ doctrinâ; & jurisdictionem sege-*  
*gandi à cœtu fidelium eos omnes, qui con-*  
*tumaciter eam pernegant.*

Censeant, qui volunt, utra diuārum  
Thesium sit minus obnoxia contra-  
dictioni. Quæ sunt illæ controver-  
sia, quæcunque possunt oriri in ne-  
gotio religionis? Quæ illa negotia?  
Pudet. In negotio religionis sapere  
eportet ex norma Pontificum Ro-  
manorum, & Conciliorum genera-  
lium. Denique numera, Theophile,  
conversos ad fidem catholicam ex il-

lo Colloquio. Hæc addiderim pro stabilienda catholica veritate doctrinæ Capuccinorum , in præfata Disputatione.

Supereft declaratio meæ Innocentiaæ, quam despero obtinere à Judice, non ex ejus iniuitate , sed obstante Jesuitarum arte, & potentia. Heu quanta, & qualia omittuntur , justo terrore malorum , imminentium à Jesuitis ! Vis Theophile , dem unum, vel alterum specimen iniquissimi facti, juste permitti , formidine majoris mali ?

Jesuitæ volebant, ut dixi , Capucinos extorres à S. Goare, & ab administratione illius Parochiæ : quæ emigratio , cum supponeret Jus Episcopale, non admittebatur. Quid consiliex arcano penu theologico suggestere Jesuitæ Principi ? Decrevit, præcepit , intimavitque emigracionem his formalibus verbis :

Denique , cum Princeps sacrum hunc, & Seraphicum Ordinem peculiari affectu veneretur, & complectatur , vehementer doleret , si cogeretur denique uti jure suo ,

atq; aliter, quam quædam Ordinis mem-  
bra velint, incommoda ab Ecclesia Dei,  
ipso S. Ordine, domo, & patria sua amo-  
vere: nam omnino, atque irrevocabilitet  
statuit efficere, ut hæc ærurnna desinat, u-  
surus jure suo Principali, & territoriali,  
nisi intra duorum adhuc mensum spaciun-  
P. P. Capuccini ipsi honori suo consulant-  
vel ultro, vel 3. Congregationis, aut Il-  
lustriſſimi Nuncii auctoritate compulsi, ex  
Oppido S. Goaris emigrent: longiorem ve-  
ro moram illis nequaquam indulgere de-  
crevit, sed elapso illo bimestri abhinc tem-  
pore, si aliunde remedium adhibitum non  
fuerit, rebus suis, per emigrationem Ca-  
puccinorum, ipse jure suo, quo poterit, opti-  
me prospiciet.

Scilicet, coguntur Capuccini, iuri  
territoriali deserere Parochiam, tam-  
etsi Nuncius Apostolicus, & S. Con-  
gregatio, Eminentissim. Cardina-  
lium, negotiis propag. fidei præposi-  
torum, cui præsidet Sumamus Ponti-  
fex, nollent amovere eos ab illa Paro-  
chia. Præclarum sane tyrocinium  
Principis, noviter conversi ad fidem  
catholicam, instillatum à Jesuitis, ut  
ob

ob id majoris gloriae Dei Capuccini  
debeant pelli, & Jesuitæ intrudi.

Scio Regem aliquem petuisse à Summo Pontifice Ecclesiam alterius Ordinis in proprietatem Jesuitarum: quâ concessâ, lamentabantur spoliati: quibus Pontifex respondit, *Rex intimavit, se suopte jure concessurum illam, si abnuo: Ego vero sub hac comminatione dabo & Vaticanam.*

Hæc retulerim, ut noscas, quibus imputes justitiam, à me desperatam? Sed deficiente auctoritate Judicis, quid facturus es Valeriane?

Huic pesti oppono hoc antidotum:

*Ajo, hanc insectationem Jesitarum, continuatam integro sexennio contra Valerianum, involvere aut hæresin, aut atheismum.*

Si Jesuitæ censem, hanc insectationem esse mortaliter bonam: Si Jesuitæ censem, hanc insectationem non involvere culpam mortalem: hæc illorum sententia est hæretica, quam si nolint abjurare, sunt formaliter hæretici.

Si Jesuitæ sciunt, hanc insectationem involvere culpam mortalem, nec tamen toto sexennio pœnitent, famamque restituunt, suspecti sunt atheismi.

At excusas, Theophile, Societatem, regesta hac culpa in Personas privatas de illa Societate. Utinam quirem sic sentire. Obstant innumera ejusmodi eorum facta in utroque hemisphærio Orbis terrarum, publice decanta, & execrata, non tamen emendata, multo minus punita.

Obstat huic exceptioni manifesta distinctio actionum Societatis ab actionibus alicujus Socii. Hanc, paucis à me expositam, Summo Pontifici, hic appono:

Constituo regulam discernendi eas actiones Jesuiticas, quæ sunt auctore ipsa Societate, ab aliis, quæ privatis personis debens attribui. Illæ igitur actiones, de quibus consultant Superiorès locales, & Provinciales, deliberatq; Præpositus generalis, attribui debent ipsi Societati: cum enim de oœmuni consensu totius Societatis solus Generalis habeat, ut dictum est, jus deliberandi

de

de illis, quæ concernunt & intrinseca, & extrinseca Societatis, necessario opus ejus sunt opera Societatis, rata habentis, quæ ab illo sunt: quem si crederent, incidisse in aliquam culpam mortalem, ex tenore Constitutionum Societatis, obligantur loco movere, & alium sufficere loco ejus. Accedit, quod Generalis, tametsi solus, deliberet, consulit tamen plurimos, adhibetq; plurimos ad exequendum deliberata. Si ergo Jesuitæ irascatur, si percutiat, si quid ejusmodi faciat: hæc non sunt imputanda Societati, sed viro privato. Sin vero edat librum; si promoveat apud Principem mancipium Societatis, quantumcumque stolidum: si alia ejusmodi disponat, quæ vehementius fieri inhibentur inconsultis Superioribus: hæc tribuenda sunt Societati, tametsi (ea est ars Jesuitica) ipsi ea imputent privatis Jesuitis, quos ad speciem vituperant, loco movent, alibi cum fœnore promovendos. Hæc est regula discernendi Jesuitarum actiones privatas ab illis, quæ obveniunt à Societate.

Itaque insectatio ista fit à Societate, quam ejusmodi actionibus, & commissionibus censeo fovere aut

doctrinam hæreticam, aut atheismum. Adesto Theophile.

Ego sum solus: illi vero tringa millia, stipati favore, & auctoritate Principum, Regum, Cæsarum, Pontificum: edant ergo coram Judice competente unum apicem meæ Doctrinæ, discordantis à fide: edant unam malam actiunculam meæ vitæ, exantlatæ in decursu annorum 73: & ostendant, ob ejusmodi defectus licuisse sibi sic me insectari. Quod est meum peccatum? quæve iniqüitas mea? Scis Theophile? Dicam. Fama tulit, me convertisse ad fidem catholicam duos Principes: id factum est inexpiable apud illos Socios.

Exhorresco cogitare, nedum enumerare sexcenta capita, distinguenda in has unica mea insectatione. Tolluntur merita: aboletur bona fama: inducitur infamia hæresium, & matula scelerum: transeunt à Mardochæo ad gentem universam. Heu, mendacia multa, conspicua, impudentissima! Heu, abusus Virorum clarissimorum ad ea perpetranda,

quorum eos pudet, tametsi impudentes! Quid dicam de sublata mihi opportunityate defensionis? de libellis anonymis? de crimine falsi? His vero, velut præclare gestis, componunt vultus ad expressionem vitæ Jesu: se fiant sacris altaribus: docent universos. Obruor. Hæc est vita Jesu? Qui hæc non detestatur, non execratur, non dat aut hæresi, aut atheismo, vel insanit, vel est Homo vecors, sine corde, & mente Christiana.

Porro, quandoquidem violentissima hæc insectatio me ursic ad hanc extremam defensionem, subnecto primam mearum Epistolarum, quas immediate direxi ad Sanctissimum D.N. Alexandrum Papam VII, qui bus eidem denuncia vi horum Sociorum aut hæreses, aut atheismum: excipio bonos: quorum existimo esse multos.

Id oligopitis, qd omnifides non  
elle tipi biscepatis: tñ aucto coqui-  
tibus, intollerantes in illis, tñ  
cibus, intollerantes in illis, tñ

**Eis b. B. ea**

100

Beatissime Pater.

„ Post beatorum pedum oscula,  
 „ & humillimam meæ devotissi-  
 „ mæ subjectionis contestatio-  
 „ nem: Ego Frater Valerianus à Me-  
 „ diolano, Sacerdos Ordinis Fratrum  
 „ Minorum, nuncupatorum Capuc-  
 „ inorum, jussus sub pœna excom-  
 „ municationis latæ sententiæ, aliis-  
 „ que, expressis in Bullis Summorum  
 „ Pontificum, prædecessorum Tu-  
 „ rum, denuncio Sanctitati Tuæ,  
 „ me, per longam annorum seriem,  
 „ certo certius observare, quod Cle-  
 „ rici Regulares, nuncupati Jesuitæ,  
 „ dum inhiant divitiis dominationi,  
 „ & gloriæ supra omnes mortales,  
 „ plurima palam committunt prohi-  
 „ bita, & omittunt præcepta sub pœna  
 „ culpæ mortalis, nullum exhibentes  
 „ indicium pœnitentiæ, sine qua sunt  
 „ suspecti de hæresi: nimirum, si cre-  
 „ dant, eas commissiones non esse si-  
 „ bi prohibitas, & omissiones non  
 „ esse sibi præceptas: sin vero, cogni-  
 „ ta culpa, insordescant in illa, sunt  
 „ suspecti de atheismo,

Expo-

„ Expono hanc deductionem hoc  
„ exemplo. Titius, Parochus in Ci-  
„ vitate , inducit Notarium publi-  
„ cum , & quatuor testes , ad confici-  
„ endum Testamentum falsum , cu-  
„ jus vafricie hæres privatur hæredi-  
„ tate centum millium aureorum ,  
„ quam Titius sibi usurpat , eversâ  
„ justitiâ apud Judicem : quem ta-  
„ men , ut & Notarium , & testes , pro-  
„ nunciat in Sacramento Pœnitentiæ  
„ immunes à culpa , & restitutioni  
„ non obnoxios : se vero tuetar ad-  
„ versus oppressos , & scandalizatos  
„ omni genere aliorum bonorum  
„ operum , iis exceptis , quæ obstant  
„ consequendis divitiis , dominatio-  
„ ni , & gloriæ , cuiusmodi sunt Ora-  
„ tio , Jejunium , Eleemosyna , & quæ  
„ habent meritum , & laudem ab au-  
„ steritate vitæ . Hoc factum involvit:  
„ 1. Crimen falsi in Notario pu-  
„ blico :  
„ 2. Juramentum falsum quatuor  
„ testium :  
„ 3. Furtum centum millium àu-  
„ reorum :

„ 304. Oppressionem Justiciæ apud  
„ Judicem: & Publicum scandalum impœ-  
„ nitentia, & impunitatis tot crimi-  
„ num:  
„ 6. Abusum Sacramenti Pœni-  
„ tentia.  
„ Hæ sex actiones prohibentur sub  
„ culpa mortali omnibus Homini-  
„ bus per legem divinam, naturalem,  
„ & positivam: qui vero id, aliaque  
„ ejusmodi contumaciter negat, est  
„ hæreticus: cui doctrinæ innexus,  
„ contestata veritate facti, denuncio  
„ Sanctitati Tuæ præfaram Jesuita-  
„ rum hæresim, vel atheismum.  
„ Verum antequam exponam non  
„ paucas earum commissionum, &  
„ omissionum cum circumstantiis  
„ loci, temporis, & personarum, &  
„ aliis eò spectantibus, volo assrerere  
„ Sanctitati Tuæ innocentiam meæ.  
„ Denunciationis, non tamen ab uti-  
„ litate ex suppressione hæresis: ea  
„ est per se nota: sed à circumstantiis  
„ meæ Personæ. Nimisrum, ab anno  
„ 1653. frequentor in hanc senten-

tiam

„tiam de Jesuitarum hæresi scripsi.  
„ad S. Congregationem de prop. fi-  
„de, aliisque Ministris S. Apostolicæ  
„Sedis: nec tamen extitit unus, qui  
„ullo modo improbaverit hunc  
„meum zelum, quem propterea cre-  
„do sanctum, & non displicere.  
„Ante annos plus viginti, exara-  
„vi scripto ad S. Congregationem  
„de prop. fide quatuordecim com-  
„missiones, & omissiones, in quibus  
„hærebant multis annis contumaces  
„Generalis, & duo Provinciales Je-  
„suitarum, & alii plures cum suis  
„Assistentibus, & Consultoribus  
„quas sum execratus, velut invol-  
„ventes hæresim, vel atheismum.  
„Illi vero Patres Purpurati, cum ex-  
„me intellexissent, Jesuitas spargere,  
„me inde reprehendi, litteris suis pa-  
„tentibus, roboratis appressione si-  
„gilli, & subscriptione Eminentissi-  
„mi Cardinalis Borgiæ, ultro lauda-  
„runt meum illud scriptum, & ze-  
„lum, suaseruntque constantiam in  
„obsequiis exhibendis Sanctæ Sedi  
„Apostolicæ. Provoco ad Archi-  
„vium ejusdem S. Congregationis.

Ad

„ Ad hanc Denunciationem sui ali-  
„ quando animatus à Persona, quām  
„ paratus sum manifestare cum deco-  
„ re Actionis, quam instituo.  
„ Patri Wadingo Jesuitæ, tunc  
„ pseudo-Cancellario Universitatis  
„ Carolinæ, fatagenti conciliare So-  
„ cietati animum meum, promisi  
„ mea humillima obsequia, si doce-  
„ ret, præfatas quatuordecim actio-  
„ nes non esse prohibitas sub culpa  
„ mortalitate vero statim, abrupto  
„ colloquio, indignabundus se inde  
„ proripuit, nunquam postea à me  
„ visus.  
„ Simili studio post aliquot annos  
„ P. Nicolaus Lancittius Jesuita, ex  
„ Provincialis Lithuaniae, una cum  
„ Barone Breinero Decano Cathedra-  
„ lis Olomucensis, in præsentia ali-  
„ quarum Nobilium Personarum,  
„ multis suadebat concordiam cum  
„ Societate: cui, cum prælegerem  
„ meum scriptum de illis quatuorde-  
„ cim actionibus, non sustinuit finem  
„ lectionis, sed illico evasit: nec meis  
„ litteris de hoc argumento ad se da-

*Valeriani Magni.*

„ tis, respondit, nunquam post hæc à  
„ me visus.  
„ Cum hæc, & alia ejusmodi plu-  
„ ra, me stimularent ad denuncian-  
„ dum S. Sedi Apostolicæ hanc gli-  
„ scentem, seu potius grassantem in  
„ illa Societate hæresim, humiliter ea  
„ de re monui, ex nostro Monaste-  
„ rio Romano per Epistolam, Mu-  
„ tium Vitellescum Jesuitarum tunc  
„ Præpositum Generalem, cuius ce-  
„ pian exhibui Urbano VIII. fœl.  
„ rec. Summo Pontifici, nec non &  
„ nonnullis Cardinalibus, qui etiam  
„ num vivunt, exemplarque ejusdem  
„ Epistolæ destinavi ad glorioſæ me-  
„ moriæ Cæfarem Ferdinandum II.  
„ ut disposita ex tunc Denunciatio-  
„ juridica esset innocentia, ubi Ev-  
„ angelica correctio nil effecisset.  
„ Nullum à Mutio retuli responsum:  
„ nullam in Societate notavi emen-  
„ dationem.  
„ Hisce igitur asseruerim sufficien-  
„ ter innocentiam meæ Denuncia-  
„ tionis, velut institutæ secundum  
„ normam Evangelii Sacrorumque

Cano-

„Canonum, ad conservandam fidei,  
 „& morum puritatem. Verum ea  
 „spectat & meam incolumentem,  
 „quam velim protectam contra Je-  
 „suitas, qui propterea me volunt ex-  
 „tinetum, imo sepultum etiamnum  
 „viventem, cum tanto dedecore eo-  
 „rum, quorum protectionem invo-  
 „co, ut hoc meum privatum com-  
 „modum spectet catholicæ fidei in-  
 „tegritatem. Id vero exponam pro-  
 „ximis meis litteris. Dabam Brunæ  
 „Moravorum, 28. Aprilis 1656.

**Q**uid tibi videtur, Theophile?  
 Audi, ac intellige. Provocavi  
 plurimos, imo Cæsares, ac Pontifi-  
 cem, iterumque provoco, ad ulciscen-  
 dam injuriam, factam illi Societati,  
 si mea Denunciatio non involvit il-  
 la, quæ sufficiant compellere Judi-  
 cem ad inquisitionem juridicam, nisi  
 obstant rationes prudentiæ politicæ.

Tu vero scis citaris, quo fructu de-  
 nunciaverim? Paucis. Non est meum  
 rescire, quid Pontifex in re ista gra-  
 vissima delibera verit, fecerit, aut di-  
 xerit.

xerit. Ignoro, nec quero scire. Illud candide affirmo, neminem mortaliū ( excipio unum ex Jesuitis ) me reprehendisse aut dissuasisse prosecutionem inchoatæ Denunciatio- nis, & detestationem artium Jesuiti- carum.

Tu vero sciscitaris, quid ego sentiam de exitu hujus negotii? Fateor, me non laudaturum, si ex abrupto instituatur talis, ac tanta inquisitio. Apostema necdum maturum non debet incidi: Neque hæc Societas, vi gente ejus auctoritate apud Princi- pes, debet subjici hisce quæstionibus. Dixi, Theophile: at frustra, si his non accedat unum. Quod illud? Editio, & Publicatio hujus Apologiæ.

Faxo igitur, & publicabo hanc meam Apologiam ex ipsa Jesuita- rum doctrina: Illi enim novissime docent, licere cum moderamine in- culpatæ tutelæ mendacio infamare, imo & maectare eum, quem scias ire conspurcatum tuam bonam famam. Licebit ergo & Valeriano edere, & publicare hanc Apologiam, contex tam

114 *Apologia Valeriani Magni.*

tam non mendaciis, sed veritate conspicua : non ad infamiam alienam, sed ad propriæ famæ restitucionem, & ad infamantium juridicam emendationem.

Licuit Jesuitis impune edere typum librum sub persona Jocosi Acatholici, ut quirent ad satietatem invehit in Capuccinorum Disputationem : cur non liceat Valeriano, deficiente, ex illorum malitia, publica justitia, edere Apologiam?

Imo cur non præcipior exulare ab hominum consortio, si non diluo objecta? Curve Jesuitæ non jubentur secedere à consortio bonorum, aut satisfacere objectis ab universo Orbe?

Vale Theophile. Scribebam Vienæ, Anno 1658. Mense Novembri.

F I N I S.

A D.

## ADDENDA.

Pag. 75. In Epistola ad S. Congregationem, prope finem,  
ante illa verba (Hæc sanè,  
& alia multa) ponantur sequentia, scilicet:

**I**D, Deo aspirante, factum fuisset  
in illa Disputatione, quod actum  
est in alia, à me Gedani cele-  
brata cum Bartholomæo Nigrino  
quinque congressibus, urgente Se-  
renissimo Rege Uladislao, interve-  
nientibus Proceribus Regni Polo-  
niæ, & præcipuis ex illa Urbe; Ni-  
grino palam hærente, & gloriante,  
se esse victum à Veritate: quo pro-  
fitente fidem catholicam usque ad  
obitum suum, spem fecit, fore con-  
vertendam Prussiam totam ad fi-  
dem catholicam: quapropter in  
eum finem, Decreto regio, & Syn-  
odali, fuit celebratus Conventus  
Dissidentium de fide Christiana  
To-

Toruniæ , eversus tamen Acatholicon  
corum trepidatione , & Jesuitarum  
superbia , Valeriano multiplici arte  
absente. Hæc sanè , & alia , &c.

In fine Operis ante illa verba  
( Vale Theophile ) ponantur  
haec, videlicet :

**H**æresis Jesuitarum non petit dogma, disputabile apud Theologos, sed Decalogum cum omnibus legibus humanis, & divinis, naturalibus, & positivis. Licet sine auctoritate Judicis detestari, & execrari publicè ejusmodi facinora, ejusdem doctrinas, perinde ac licuit conspuere Idola cum certo, & evidenti periculo mortis violentissimæ. Fermentantur populi, & aulæ Principum his exemplis, quibus sensim omnia licent. Vale, &c.

EPISTOLA  
Patris  
**VALERIANI**  
M A G N I ,  
Capuccini,  
*ad*  
P. Ludovicum à Salice,  
eiusdem Ordinis.

EPIS TO LA  
VALERIANI

MAGNI

P. Pindaricorum & Sallie

Chionocrite

**M**I Ludovice, quandoquidem à me postulas breves responsiones ad illa, quæ passim objiciuntur mihi, en illas. Tu verò sciscitare, imò & percontare, quodnam sit illud crimen meum tam grande, ut justum fuerit, exordiri judicium ab executione tam violentâ & acerbâ, quam vir ingenuus aversetur horribilis ipsâ morte? Spectaculum factus sum mundo. Vale. Dab. ex carcere, die 28. Febr. 1661.

## I. *Geographia*, 800

Cur, Valeriane, denunciaisti  
Societatem Jesuitarum summo  
Pontifici, velut infectam hæresi?

Resp. Quia committunt & o-  
mittunt impunè sine scrupulo plu-  
rima, qua evidenter involvunt  
culpam mortalem ex fide Chri-  
stiana.

## Quia

Quia Ecclesia Gallicana & Belgica censuravit eorum moralem Christianam, velut adversam Evangelio, statui Politico, & omnibus necessitudinibus humanæ segetatis.

## I I.

Cur, Valeriane, post sæpius iteratam denunciationem, Pontifice silente, non desistis denunciare?

Resp. Nec semel denunciavimus sufficienter. Scilicet pauca exempla, hereticalium actionum & missionum adduxi: Supersunt vero plurima, easq; scandalosissima, adducenda in considerationem Pontificis & Ecclesie universae.

Quia usq; ad hanc diem ignorabam mea denunciatio innotuerit Pontifici.

## I I I.

Cur, Valeriane, ausus es aggredire

di universam totamque Societatem.

Resp. Si temere id feci, mea te-  
meritas cedat in honorem Societa-  
tis, promittoque, me in eo casu satis-  
facturum illi, etiam pœnâ mei ca-  
pit is.

IV.

Cur, Valeriane, edidisti typo  
tuam Apologiam contra decre-  
tum Pontificis, id inhibentis sub  
pœnâ excommunicationis?

Resp. Decretum illud non ar-  
etatur ad unum Valerianum, sed  
ad omnes missionarios.

Obedivi decreto, non publicata  
typo meâ disputatione cum Crocio,  
Habercornio & Calixto, licet ea  
fuerit approbata à Nuncio Apo-  
stolico & ab ordinario loci ante  
Decretum.

Obedivi decreto, non publicata  
typo parata majore parte mea Phr-  
ilosophia.

*Edidi meam novissimam Apo-  
logiam, quia fui diffamatus à Je-  
suitis velut hæreticus.*

*Damnatus hæresis à summo  
Pontifice.*

*Destinatus inibi ad supplicium,  
si Romam adirem.*

*Sceleratus, ad eam mensuram,  
cujus una pars decima mereatur  
expulsionem mei ab universo or-  
dine Capuccinorum.*

## V.

*Cur, Valeriane, non postulasti  
providentiam Judicis adversus  
illas calumnias?*

*Resp. Postulavi sapissime in suc-  
cessu aliquot annorum, sed sine re-  
medio & responsione ulla.*

## VI.

*Cur, Valeriane, non pertimui-  
sti indignationem Pontificis, e-  
diturus aliquid contra ejus De-  
cretum?*

*Resp. Credidi, Pontificem me-*

*- ihE*

*H*

*non*

non separaturum à communione  
fidelium, eo titulo, quod desperatā  
justitiā, voluerim me asserere vi-  
rum Catholicum non sceleratum,  
sed servum Dei.

Quod verò homo constitutus in  
præfatis circumstantiis teneatur,  
sub pœna peccati mortalis & ex-  
communicationis à cœtu fidelium  
tolerare potius illam infamiam,  
quam dispensare materialiter  
Decretum Pontificis, est propositio  
falsa, involvens hæresin, & per-  
niciosissima Jurisdictioni Ponti-  
ficia, velut eas sit iniqua & tyran-  
nica.

## VII.

Cur, Valeriane, ut te purgares  
ab illa infamia, non es veritus,  
subjicere Pontificem suspicioni  
denegatae justitiae?

Resp. In mea Apologia suffi-  
cienter exposui, Principes omnes  
(tametsi sancti & prudentes) fre-

quenter decipi circa veritatem facti, sentioq; Alexandrum VII. etiamnum ignorare veritatem hujus facti.

## VIII.

Cur, Valeriane, non maluisti fordescere sub illa infamia potius quam leviter ducere Pontificem in suspicionē denegatae Justitiae?

Resp. Ista quæstio est digna vi-  
ra non insano.

## IX.

Cur, Valeriane, tām aculeatē perstringis Societatem Jesuitarum, propalasqué denunciacionem præfāram universō orbi?

Resp. Id feci jure potiori eo, quo illi me traducunt.

Ut jesuitis aculeatē excitis, nec tamen contra me provocantibus adjudicem, esset præsumptiones innocentia evidentissima.

Ut aditus ad veritatem, ob-  
structus arte & potentia Jesuita-  
rum.

rum reoccluderetur ingenti ru-  
more.

## X.

Cur, Valeriane, non es veritus.  
Scandala Acatholicorum ex hoc  
dissidio?

Resp. Imò publicavi Apolo-  
giam, ut omnes intelligent, Catho-  
licos non conspurcari hæresi Jesui-  
tarum, neque præsupponere in  
Pontifice Jurisdictionem legibus  
non coercitam: meq; ex lege Cano-  
nica obligari, in ejusmodi Casibus  
præsumere & præsupponere inno-  
centiam mentis Pontificie.

## X I.

Cur, Valeriane, disponebas  
deficere à fide Catholicâ, transi-  
turus ad hæreticos?

Resp. Nec cogitavi: imò sponte  
redii non vocatus, Pragâ Vien-  
nam, ubi, ut primum extuli pe-  
dem ex monasterio, me stiti Nuncio  
Apostolico, cui dixi, me esse para-

tum respondere Judici interroganti, & convictum pœna capituli satisfacere accusanti; & tamen fui incarceratus, antequam id puerit rescire summus Pontifex.

## XII.

Cur, Valeriane, significasti Nuncio Apostolico, te nolle ire Romam, tametsi jubente (ut dicitur) Pontifice posses tu quidem cōtrahi?

Resp. Non credo Pontificem, si esset facti conscius, decretum mihi carcerem secularem, milite custodiendum, etiam in profectione ad Urbem propter has, quas subjungo circumstantias meæ personæ, nimirum:

I. Actu versor in denuncian-  
da heresi Jesuitarum apud sum-  
mum Pontificem ex decretis alio-  
rum Pontificum has denunciatio-  
nes precipientium sub pœna ex-  
communicationis latæ sententia.

Cujus

Cujus denunciationis argumenta  
potiora non potui, ut dixi, expone-  
re quinque vel sex meis epistolis,  
vix centum sufficient.

2. Crimina perpetrata à Je-  
suitis, velut ab ipsis directa, ut  
ajunt, ad maiorem gloriam Dei,  
non fuere apud me deprehensa &  
observata Romæ, sed in statibus  
hereditariis Serme Domus Au-  
striacæ, unde abducendus sum.

3. Acerbitas & carceris & pro-  
fectionis ad Urbem non potest fie-  
ri sine infinita confusione faciei  
meæ.

4. Meum senium, valetudo  
imbecilla, & afflictio animi, quam  
supponere debent, qui me si tra-  
ctant, conjuncta prefatis incon-  
modis, ea sunt, que certo certius to-  
lerare sine imminenti periculo  
mortis nequirem.

5. Imo mea mors, causata ex  
prefato violento modo proceden-

F 4 di,

disforet mibi infamis apud eos, qui  
benè sentiunt de meo iudice.

6. Tanta talisq; debonestatis  
meæ personæ urit & ureret ordi-  
nem Capuccinorum, meosq; consan-  
guineos & affines, perturbaretq;  
non exiguum partem orbis Chri-  
stiani, cui plurimis iusq; honestis ti-  
tulis innotui.

7. Invigilo cura domestica  
quatuor meorum nepotum, qui u-  
no excepto, etiamnum sunt mino-  
renes, seniore etiamnum adole-  
scente, constituto tutores suorum  
fratrum, sub meatamen directio-  
ne. Horum educatio & majora-  
N7tus totius familiae nostræ Comitum  
de Magnis, certo certius peribunt  
me absente.

8. Itaque hac mea incarceratio  
& disposita deductio Romanum usq;  
affecta enumeratis aliisq; ejusmo-  
di circumstantiis judicio virorum  
prudentum, ea est, quam vir in-  
nocens

nocens & generosus aversatur &  
horret plus quam mortem corpora-  
lem.

XIII.

Quid ergo criminis objicitur  
tibi, cuius infamia excusat hoc  
exordium judicij ab executione,  
acerbiore ipsâ morte?

Resp. Ignoro, carceratus, mili-  
te custoditus, frustrâ implorans  
audiri: Nuncio Apostolico negan-  
te, licere sibi cognoscere hanc cau-  
sam.

XIV.

Tandem, Valeriane, dic Ca-  
nonem aliquem, cuius vigore ti-  
bilicuerit, dispensare decretum  
Pontificium, hæc enim dispensa-  
tio tibi acerbius objicitur?

Resp. Alexander Papa III. ad  
Archiep. Raven. c. 5. X. de rescript.  
Si quando aliquatua fraternita-  
ti dirigimus, quæ animum exa-  
sperare videntur, turbari non de-  
bes.

bes. Qualitatem negotii, pro quo  
tibi scribitur, diligenter considera-  
rans, aut mandatum nostrum re-  
verenter adimpleas, aut per lite-  
ras tuas, quare adimplere non  
possis, rationabilem causam pra-  
tendas; quia patienter sustine-  
bimus si non feceris, quod pra-  
vâ nobis fuerit insinua-  
tione suggestum.

## F I N I S.

quo  
ide-  
re  
lite-  
on  
dra-  
ine-  
a-


st  
ua  
ct  
al


on  
id  
oq  
en


ta  
a  
it  
y


Se Galindi


S. J.




































Ust

Valeri